

sententia ad stipulatur praxis, de qua testatur in Hispania. Navar. de spoli. Cleric. dist. 5. 18. prope finem, ver. 2. Barb. in 257 Collect. ad Conc. d. c. 7. num. 24. & hoc dissimulari posse ajunt DD. etiam si sine Episcopi licentia fiat, dummodo ligna nec depicta, nec ullo signo Religionis insignita fuerint, ex quo cognosci possit illa pro Ecclesiis deservisse, ac promissa scandalum generetur.

258 Hanc autem sententiam limitare, nisi Cæmeterium esset consecratum eo modo quo consecratur Ecclesia: nam sicut Ecclesia consecrata destructa, pro rebus profanis non valet deservire, ita nec Cæmeterium; secus verò esset in Ecclesia, vel Cæmeterio benedictio tantum: nam ablata benedictione, eoque profanato, pro rebus profanis accommodari potest.

259 Secundò, eandem limitare sententiam, si non solum in profanos, verum etiam in forditos converterentur usus: quod nequaquam liceret: ut docent Zetol. in praxi Episcopi. ver. visitatio, §. 6. ver. nonnum dubium, 1. p. & ita de clausula, sacram Congregationem testatur Zerola, quem sequitur Salgado de possess. Reg. 3. p. c. 5. num. 27. ad idem videndus Barb. in Collect. ad Conc. d. sess. 21. c. 7. num. 22. & in Rota decis. 707. n. 2. apud Farin. in posth. Si verò scire cupias de sacris vestibus, ornamentis, paramentis, & vasis, an in profanos usus converti possint? & omnia ad materiam hujus questionis pertinentia, latè vide Suarez in 3. p. tom. 3. q. 83. disp. 81. art. 3. sec. 8. per totam.

261 Dubitari præterea, utrum si Cæmeterium, quod Episcopi auctoritate designatum & benedictum est, augetur privata auctoritate, illa pars censetur benedicta, taliter quod ea gaudeat privilegiis Cæmeterii? In qua credo omnibus privilegiis gaudere: atque ideò nec excommunicatum posse sepeliri ibi, nec profanas actiones posse exerceri: nam eadem est ratio, idemque jus procedit de re aucta, ac de re principali: l. etiam, soluto matrim. latè post alios Gratian. regul. 302. Barbos. in rubr. solut. matrim. par. 3. num. 66. Unde oprime ad propositum Guillel. de Monte Laudano, quem refert Cardinalis in Clemen. 1. num. 11. de sepult. agens specificè de Claustro, docet, partem illam de novo additam Claustro Religiosorum, gaudere eodem privilegio sicut antiquam, & ita quotidie videmus practitari; ex Ceremoniali, & communi Doctorum sententia; Quod si Ecclesie aliqua pars addatur, quæ intra ipsam incorporaretur, non egere nova benedictione, nisi forma Ecclesie destructa fuerit: quod idem observatur in refectione paramentorum, Planetæ, Albæ, &c. ex communi Doctorum sententia, quam sequitur Diana resol. moral. par. 2. tract. 14. resol. 57. vers. finali.

262 Nec obstat contraria, quam tenent præter supra citatos Card. Anchar. & Ugolin. quos sequitur Barbos. in collect. ad rev. in d. c. Ad hoc, de privi. nu. 9. nam Regula de augmento quod sequitur naturam principalis, non intrat quando in augmento militat diversa ratio, quæ in hoc casu reperitur: cum Cæmeterium auctoritate Episcopi destinatum sit per benedictionem ad mortuorum corpora sepelienda, augmentum verò nequaquam. Cujus difficultatis facilis est solutio; nam æquè procedebat objectio in paramentis sacerdotibus, quibus aliqua pars addebatur; & in Ecclesia: quæ tamen omnia & benedicta & religiosa fieri ex supradictis constat.

263 Major verò extat difficultas in resolvendo, an Cæmeterium Ecclesie exemptæ gaudeat exemptione, si intra septa Ecclesie, vel Monasterii edificatum non fuerit? Et non gaudere credo: ex doctrina Card. in Clemen. dudum, §. ab olim, num. 6. de sepult. & facit Rota decis. 6. de concess. benef. in nov.

267 Ut autem profanatio procedat, Episcopusque juste eam facere valeat, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, in vim Concilii, sess. 21. de refor. c. 7. Primò, citare debet Patres quibus præjudicium inferatur: quia licet dispositio Concilii loquatur in Ecclesia, atque procedit in Cæmeterio. Secundò, causa profanationis vera debet existere, & in actis probari. Tertio, in usus forditos non potest converti, vel profanos, juxta supradicta. Quattò, ad illius alienationem solemnitates Juris debent præcedere: prout

latè declarat Rota apud Farin. in posth. 1. p. dec. 707. per totam, imò causa verificata, datur appellatio; & plenè non confilio de justificatione, revocatur decretum: Seraphinus dec. 518. per totam.

Queritur præterea, an habens sepulturam in Cæmeterio, in ea parte que pro amplianda Ecclesia sumitur, & intra ipsam incorporatur, conservet idem jus: Et breviter respondeatur conservare, dummodo in ea nihil ædificet, quod turbationem divinorum Officiorum creare possit, vel deformitatem sive indecentiam præstare: quia cum sepulchrum à loco non fuerit motum, nequaquam amittit jus; sicut amittitur jus patronatus per destructionem Ecclesie, quod per novam ædificationem non reviviscit: ut optime declarat Rota in Pamplonen. sepulture, de Sparza, apud Pennam dec. 159. per totam, & dec. 213. secundum Lugdun. impressionem.

Si verò scire desideres quas actiones permittere, quas verò prohibere debeat Episcopus Cæmeteris, tam in fabrica, quam in conservatione, & circa omnia ad hanc materiam spectantia? vide sanctissimum decretum constitutionis Synodalis Panormitanæ, quod ad litteram ponit Marius Itala de immu. Eccles. d. lib. 1. c. 4. §. 7. n. 3. in quo capite, latè disputata in venies omnia, quæ circa Cæmeteriorum immunitatem desiderate poteris.

CAPUT XXVII.

De Hospitalibus Ecclesiarum Cathedralium.

SVM MARIVM.

Divites, & pauperes, quare Deus ponat in mundo, 1. Hospitalitas a quibus commendata, 2. 15-37. Præmia hospitalitatis à Deo largita, & seqq. Hospitalitas ratio insita ad fidem convertit, 4. Hospitalitas dispositio ad cognoscendum Dominum, 5. De hospitalitate plura remissivè, 6. laudes, 45. Hospitalitas munus proprium Episcopi, 7. 10. Episcopi, quare hospitales esse debeant, 8. 13. Clerici debent esse hospitales, & seqq. & quare, 13. Domus Episcopalis insituta ut omnes singulari hospitalitate in ea recipiantur, 10. Reges & Principes hospitales esse convenit, 11. Hospitalitas Deo coniungit, 12. Hospitalitas signum Prædestinationis, 13. Deus quam hospitalitatem compendat, 14. Hospitalitas in omnes exercenda, 15. Hospitalitas juxta vires exercenda, 16. Hospitalis sacra Mensa appellatur, 17. Inhospitalitatem qui Gentiles exerceant, 18. Hospitalitas preparat ad susceptionem divinæ gratiæ, 19. Bona temporalia multiplicat, 20. A malo temporalia servat, 21. Angelos recipit, 22. Apud Barbaras Nationes etiam commendatur, 23. Deum meretur recipere, & quomodo, 24. Loh primus hospitalitatem exercuit, 25. Hospes, qui dicitur, 26. Hospitalitas quantum Deo nos coniungat, 27. 34. Hospitalitas a principio Christianitatis in communi servabatur, 28. Nullares convenientior Christiano quam misericordia in pauperes, 29. Apostolorum misericordia in pauperes, quanta, 30. 47. Ministri Altaris quare bona non habebant, 31. Bona Ecclesie inter Episcopos & Clerum divisa, & quomodo, 32. & seqq. Pauperibus qua pars honorum Ecclesie attributa, 33. Fabrica que pars attributa honorum Ecclesie, ibid. Misericordia in pauperes plura exempla, 34. Fructus hospitalitatis, & præmia, 35. Bona in particulari quando Clerici habere ceperunt, 36. Cura hospitalitatis Ecclesiarum Cathedralium qualis debet esse, & pauperum, 37. Hospitalitatem despicientibus excommunicantur, 38. Orphanotrophia quis instituerit, 39. Hospitalitas ad officia pietatis pertinet, 40.

Hospitales debent esse Clerici beneficiati ex debito necessitatis, ibid. Ex quibus bonis hospitalitas exercenda, 41. Servitoribus hospitalis prius solvendum, 42. Prius item reparanda Ecclesia, ibid. Pauperibus quando ante omnia in hospitalitate subveniendum sit, 43. Ecclesia quo casu teneatur vendere bona pro alendis pauperibus, ibid. Obligatio hospitalitatis remissivè, 44. Inhospitalibus in hac vita denegabitur Sanctorum hospitium in æterna, 45. Sacerdos debet esse hospitalis, 46. Sacerdos prius debet a se exigere quod alius imperat, 47. Episcopus primus debet facere, quod postea ab aliis requiritur, 48. & seqq. Domus Clerici pauperibus debet esse communis, & quare, 49. Agapes, sive convivium pauperum quare introducta, 50. Quando introducta, ibid. Convivia in funeribus, 51. In Hispania usitata, ibid. Convivia que prohibita, 52. Qua reprehensibilia, 53. Convivia pauperum, sive Agapes hæc gratissima Deo, 54. Pauperum conviviorum in funeribus antiquitas, 55. S. Clemens instituit portionem dandam Clericis in funeribus, 56. Agape in funeribus non despicienda, idest convivium pauperum, 57. S. Gregorius Papa Agapas pauperum approbavit: & de premio illarum, 58. Eminenti Card. Sandoval Archiepiscopus Toletanus laudatur, 59. Convivia pauperum, sive Agape laudantur, 60. Agape idem quod dilectio: ibid. & 61. Conare simul & comedere consueverant Christiani, & quare, 62. 71. Fideles olim qua hora reficiebantur, remissivè, 63. Agape, sive convivium pauperum commendata à sancti Patribus, 64. Agaparium origo, 65. Quomodo illis utebantur Judæi, ibid. Hospitalitas quid eras antiquius, 66. Agape quare prohibita, 67. & seqq. Convivia hodie quare prohibentur in Ecclesia, 68. Sancto Ambrosio Agaparium consuetudo displicuit, 69. In Ecclesia non commendandum, ibid. Sanctus Gregorius Anglis convivium prope Ecclesiam permisit, 70. Christiani primitivi postquam sacram Communionem sumpsissent, cibo corporali in Ecclesia reficiebantur, 71. Quare hæc consuetudo ablata, 72. Hospites quo in loco in gentilibus atreficiebantur, 73. Locum refectiois Hospitalis Gentiles nuncupabant, 74. Hospitalitas quare introducta, 75. & seqq. Hospitalium varia nomina, 76. & quis ea instituerit, 81. Xenodochium unde dicitur, 77. Plura pietatis officia, propter peccata que occasione illorum fiebant, prohibita, 78. Permolitiones ideo prohibita in Ecclesia, ibid. Hospitalium materiam qui perturbavit, 79. Orphanotrophia quis primus instituit, 80. Hospitalitas generalis quis instituit, 81. Fabiola ob adultarium à viro dimissa alteri misit: & latius historia refertur, ibid. Hospitalitas fuerunt in Lege veteri, 82. Vxor Loh in statum alis versa, quia Angelis hospitalitatem & saltem negavit, 83. Bonorum Ecclesiasticorum divisio quo tempore & in quot partes facta, 84. Hospitalitas Ecclesiarum Cathedralium quo tempore inceperunt, 85. Diaconia quid sit, 76. Diaconia idem quod Hospitalitas, ibid. Diaconi idem quod Ministri hospitalis sive servitores nuncupantur, 87. Diaconi curam pauperum habebant, ibid. Hospitalitas Ecclesie CesarAugustane laudatur, 88. Paulus Iovius Episcopus Nucernus Hospitalitas magnum prope

Ecclesiam suam Cathedralis extruxit, 89. Hospites quot recipiendi, 90. Sine hospitalibus non esse vivendum, ibid. Peregrini omnibus preferendi in hospitalitate, 91. Qui recipiendi, & quomodo: 91. 113. & seqq. Laudabilis consuetudo quod exteri non indigeant: 93. Hospitalitas Generale CesarAugusta omnes recipit, 94. Excommunicare potest Episcopus Clericos hospitalitatem non solventes, vel non servantes: ubi adducitur exemplum, 95. Hospites, qui recipiendi, qui respuendi, 96. Ad hospitalitatem qui possunt cogi, 97. Inter pietas causas recensentur, ibid. Donatio ipsi facta in simulatione non indiget, 99. Milites tanquam tales non sunt recipiendi in hospitali, sed tanquam peregrini, 100. Clerici, & eorum mancipia, ab onere hospitalitatis militum liberantur, ibid. Hospitalitas Cathedralium gaudet immunitate, 101. Hospitalitas gaudet immunitate, ibid. Domus non possit nisi hospitali, 102. Hospitalitas erigendum habet privilegia eo modo quo Ecclesia erigenda, 103. Hospitalitas gaudet omnibus privilegiis Ecclesie, 104. Eius bona alienari non possunt, 105. Gaudet privilegio restitutionis in integrum, 106. Ex eius bonis non debentur abelli, 107. 112. Nec detrahatur Falcidia, vel Trebellianica, 108. Privilegia piorum locorum enumerantur, 109. Hospitalitas gaudet privilegio fori, 110. De Hospitali eodem modo ac de Ecclesia iudicatur, 111. Servientes in hospitalibus gaudet immunitate, 112. Peregrini quomodo recipiendi in hospitali, 113. & seqq. Eleemosyna omnibus largienda fieri potest, 114. Si pro omnibus non sufficiat, ordo charitatis servandus: 115. Ecclesia Romana omnibus peregrinis hospitalitatem exhibet, 116. Aliquos recipere, & alios respuere hospitalitas, an liceat? 117. Misericordior & minor recipiendus est peregrinus, ubi omnes admitti non possunt: & quare? 118. Cum benignitate suscipiendi sunt peregrini, 119. Supplicia varia eaque gravissima & iram Dei promoverunt Aegyptii, & alii, quia cum benignitate non receperunt peregrinos, 120. Nationes inhospitaliter referuntur, 121. Hospitalitas domus Dei etiam Gentiles indicabant, 122. Peregrini sunt requirendi in hospitalibus, 123. Sodalitas del refugio qua pietate pauperes querat, 124. Quando & quo in instituta fuerit, 125. D. Fr. Franciscus Ximenez de Cisneros Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus laudatur, ibid. Ministri hospitalis quales esse debent, 126. Quid observare debent, ibid. Omnes pauperes pie debent inquirere, 127. Hospitalis dispositio ad Episcopum spectat, 128. Episcopus circa administrationem hospitalis habet intentionem fundatam à Jure, 129. An idem procedat in hospitalibus auctoritate Episcopi non fundatis, 130. An possit Episcopus procedere in hospitalibus, exemptis, 131. Episcopus solus non procedit in hospitalibus Cathedralibus, sed Admittit secum assumit, 132. Nec etiam visitat sine Admittit, 133. Nec committat unum opus pium in aliud absque Admittit, 134. Beneficia unita Hospitali Seminario contribuere tenentur, 135. Deservientibus peregrinis quid faciendum de bonis, 136. Hospitalitatis dignitas Cathedralium, & exemplum, 137. Hospitalitas quando beneficium est Ecclesiasticum, 138. In Hospitali lites simoniae admitti potest, & cetera que in veteris beneficii committuntur, 139. Possunt resignari & permutari, ibid. Auctoritas Episcopi in predictis resignationibus requiritur, 140. Hospitalitas veniunt in reservationibus beneficiorum, 141. Inducunt incompatibilitatem, ibid. Secus est in hospitalibus amovibilibus, 142.

Fusc. de *vist. d. lib. 2. c. 1. num. 5.* tamen secundum proxime dicta, proprium est Ecclesie Cathedralis, quia Episcopus, ut diximus, primum a se, deinde ab Ecclesia sua debet exgere, quod postea Populus imperet. Ideoque fidelium greges & pauperum turba in aperto & ex bonis communibus sustentantur, ex quo originem in fallor sumpsit illa antiquissima consuetudo in Ecclesia Dei faciendi Agapes: & relicto quod tribus de causis convivia fiebant publica, ut docet D. Greg. Nazian. *de vite differentis*, cum ait: *Non insuper ad sacrum aliquod epulum, vel natalitium, vel funebre, vel conviviale cum pluribus current*: de quibus omnibus plura doctè, eruditè & late, prout moris est, videndus Baron. *Anno Christi 57. ex n. 137. tom. 1. Annal. fol. mibi 338.*

50 & de conviviis in funeribus defunctorum fieri solitis, videndus Covar. *in cult. n. 2. de testam.* ubi de consuetudine Hispanie testatur in aliquibus locis, quam etiam hodie pluribus in locis vigere videmus. Et quod hic non est sermo de illis Epulis ab omnibus reprobandis, quæ ingluviem vituperabilem continent & ad gulam spectant, de quibus latissime videndus doctissimus, & communis Præceptor D. Joan. de Solorz. *Emblem. 35. per totum*, ubi ex n. 20. superba Convivia diversorum Principum late enumerat, quæ reprehensione digna sunt, quia ex jactantia procedunt; ut notavit S. Hier. *Epist. 22.* quem sequutus est Baron. *nu. 139.*

54 at verò noster sermo tantum est de Agapis, id est de Conviviis pauperum, in quibus per pia misericordie viscera resistentur & operiuntur pauperes, pallida esturientium corpora reformantur, arida sitientium fauces rigantur, tremula algentium membra vestiuntur, & omnium consona in Dei benedictione ora referantur, quæ gratissima esse Deo optimo maximo bene ostendit Paulin. *Epist. 88. ad Aletium*, scribens de funere uxoris Rufine filie S. Paulæ, cujus egregium fragmentum apud Baron. *n. 138. & seq. reperies.*

55 Hic autem usus in tempore Apostolorum viguit in Ecclesia, ut notavit idem Baron. *n. 142.* qui ut ipse ait, apud aliquos usque in hodiernum diem laudabiliter perseverat, mutatis nonnullis in melius, de quibus *infra*: quem etiam ritum S. Clemens in *Confusionibus*, c. 2. approbavit, portiones assignans, quæ ex eis Clericis debeant dari: facta etiam approbatur Concilia, quandoquidem in Gangrensi *allegato c. 11.* quod temporibus Constantini celebratum esse constat, sic legitur: *Si quis despiciat eos qui fideliter Agapes, id est Convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare huiusmodi vocacionibus, parvipendens quod geritur: anathema sit.* Cujus dispositionis verba registrata sunt à Gratiano in *c. si quis despiciat*, 42. dist. quam laudabilem consuetudinem S. Gregorius approbavit, quandoquidem mensæ suæ duodecim pauperes adhibebat, inter quos Angelum, & Dominum ipsum Angelorum sub pauperis specie pascere meruit: ut Joannes Diaconus in *Gregorii vita*, lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 22. & 23. Barbof. in *Collect. ad text. in c. quiescamus*, 42. dist. n. 5. & in *Pastor. tit. 2. glof. 9. num. 19.* & nostris temporibus à multis jam retro annis idem observat Eminentissimus, & Reverendissimus D. D. Balchazar Moscofo de Sandoval S. R. E. Cardinalis tituli S. Crucis in Jerusalem, cujus merita prospiciens Invidiosissimus noster Monarcha Philippus Hispaniarum Rex Catholicus IV. ipsum ex Ecclesia Giennensi ad Archiepiscopatum Toletanum Hispaniarum Primate motu proprio, & ex obedientia contra ipsius voluntatem à felicitis recordationis Innocentio X. transiit, qui duodecim etiam pauperes quotidie in mensa convivas adhibet, cum quibus hospitalitatem Apostolorum sectans, meritis plenus, suarum virtutum premia consequitur, cum ipsis Apostolis, quorum successores in militanti Ecclesia fieri meruit, in caelesti collocari merebit. Sed ad nostrum institutum redeamus.

60 Rectè ergo hæc Convivia pauperum laudantur, quandoquidem Judas in *Epistola Agapen Charitatem* appellat in Grecis codicibus, Cyprianus lib. 3. ad *Quirinum* cap. 3. *Agapen*, inquit, & dilectionem fraternam, religiose & firmiter exercendam: & optimè Tertull. in *lib. ad Martyres*, idem ostendit, & in *Apologético* c. 39. inquit; *Cæna nostra de nomine rationem suam ostendit, vocatur Agape, id quod*

dilectio apud Grecos est; & ratione, quia Christianos frequenter comitare simul consuevit, hancque Cænam Agapen appellari, quod ubi diciturum epulis pauperes reserentur: de cuius more meminit Plinius ad *Traianum*, & Paulinus in *Gaza-philacio* mensam Domini appellat. Et de his vide late, & eruditè Cov. in *cult. de testam. n. 2.* Baron. *d. Anno 57. n. 132.* & plura vide apud Cresp. *verbo Convivium, vers. Coniuviorum disciplina antiquis observata a fidelibus, & qua bona reficiendum*; & diximus *c. de Confraternitatibus, post principium.* Et in eundem sensum accipi Agapas probat D. Hieron. ad *Euslochium, de Custodia Virginis*, quem sequitur Barb. in *Collect. ad text. in d. c. non oportet, n. 2.* Quare maxime commendant Agapes Tertull. *d. c. 39.* S. Cyprian. *d. c. 3.* S. August. *lib. 20. contra Faustulum, c. 4.* & alii innumeri, teste Duranto *de ritibus Ecclesie lib. 1. c. 20. n. 7.* Lorin. cum pluribus *statim citando*, quæ sumperunt exordium ex veteri lege: constat enim Judæis praeceptum fuisse, per septem diem, id est in festis Paschæ & Scenopægiæ *Deut. 16. 11.* sacrum facere epulum, quod Agapen præfati Patres vocant: de quibus videndus Lorinus in *Act. Apost. c. 2. vers. 46.* atque hæc ratione Hospitium antiquis erat domus, quæ gratis liberaliterque venientis hospiti patebat: unde frequenter pro amicitia ponitur, ut ex aliis probat Gratian. *d. discip. 898. num. 12.* ubi plura remissive pertractat de hospitibus, & Jure hospitalitatis.

Verùm cum nihil sit boni in quo diabolica fraus se ingerere non studeat, in hac prima egeorum sustentatione, & avaritia, quæ omnium est malorum radix, in cordibus Clericorum interpretat, quatenus Altaris Ministri & alii Clerici ad Agapen vocati partem sibi tollere diabolica fraude decepti satagebant: quod tanquam Ecclesiastico Ordini indecorum fieri prohibuit Concilium Laodicense *c. 27. registrato in d. can. non oportet, dist. 42.* quia ratione prohibentur in Ecclesia convivia & Agape, quia tunc temporis, non ita religiose sicut antiquitus observabantur, teste Duranto *d. num. 7.* de qua re extant innumera Conciliorum decreta, præter Laodicen. *dist. can. 28. in dist. cap. non oportet*; quæ Constitutio instauratur in *Trull. Synod. quæ sub nomine Sextæ Synodi circumfertur, can. 74.* ubi pena adjicitur adversus contravenientes, ut vel cessent, vel segregeantur. Extat etiam Concilii Africani decretum circa tempora Bonifacii I. *cap. 27.* Antiodor. *cap. 1.* de quibus omnibus Duran. *dist. numer. 7.* Idem etiam statuitur in Conc. Hyponensi *can. 31.* Carthagin. *3. can. 30.* African. *can. 9.* Constantinopol. *3. quod dicitur Generale 6. can. 74.* Aquigran. *1. can. 80.* Antiodor. *sub Deudifido can. num. 9.* de quibus etiam Crespetius in *Summa Ecclesiastica disciplina, ver. Convivia in Ecclesiis non celebrentur*, fol. 213.

Et hæc fortè credo ratione, juncta indecentia erga Ecclesiam, Sancto Ambrosio displicuisse hanc Agaparum consuetudinem notatur: ut constat ex S. August. *lib. 6. Confess. cap. 2.* & licet Paulino etiam displicuisse constet, ut ipse testatur in *Natali 9. S. Felicis*, tamen ipsas toleravit: ultra quod hoc de Agapis hoc est de Comestionibus in Ecclesia, non de Conviviis pauperum intelligitur: & hoc probatur ex prohibitione quæ Orientalis Ecclesie Patres fecerunt in d. Conc. Laodicen. *can. 28.* cujus verba *supra* retulimus; & Carthagin. *3. cap. 50.* Concessit tamen S. Gregorius Angliæ recentior ad fidem conversis; ut in tabernaculis juxta Ecclesiam positus ejusmodi convivia celebrarent: ut probat ipse *lib. 9. Epist. 71.* per hæc verba: *Qui boves solent in sacrificio demonum multos occidere, de his etiam hæc de re aliqua solemnitas immutatur: ut die Dedicacionis, vel Natalis Sanctorum Martyrum, quorum Sacra Reliquie ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis communitate sunt, de ramis arborum faciunt, & religiosi conviviis solemnitatem celebrant.* Et hæc etiam notavit Baron. *d. Anno 57. ex numer. 137. usque ad 143.* sequendo communem usum, quem Christiani in initio nascentis Ecclesie habebant; qui postquam sacra Communionem refecti erant, discedebant, postquam simul etiam in Ecclesia conveniebant, ut cibum fumerent corporalem: de quo expressus est locus *Act. Apost. cap. 2. vers. 46.* ibi: *Quotidie quoque perdis-*

rantes inanimiter in Templo, & frangentes circa domos panem, sumentes cibum cum exultatione, & simplicitate cordis: quod de Agapis live convivio pauperum, & de communi Cæna, pluribus relatis, & variis sententiis adductis, probat Lorin. in *Act. Apost. ubi, verbo frangentes circa domos panem*: de qua etiam consuetudine videndus Baron. *Anno 104. ex numer. 2. usque ad 5.* & latius dixerat *Anno 57. ex numer. 130.* ubi S. Joann. Chyloft. in *1. Cor. 11. hom. 27.* ait: *Statutis diebus mensas faciebant communes, & peracta Synaxi post Sacramentorum communionem, inibat convivium, divitibus quidem cibos offerentibus, pauperibus autem & qui nihil habebant etiam vocatis, & omnibus communiter vescentibus.* Vide late Baron. *ex n. 131.* ubi de hac consuetudine an fuerit universalis, & quare ablata fuerit juxta D. Pauli præceptum *1. Cor. 11.* & de hoc more manducandi post Dominicam Communionem pauca refert Duran. *de ritibus Ecclesie lib. 1. cap. 1. num. 4.* Quod etiam à Gentilibus observatum fuit, quandoquidem hospitiola, de quibus fit mentio in *1. Pet. 4. post princip. ff. de his qui deiecer. vel effuder. erant pro vera quæ triclinia seu cubacula, quibus adventientes hospites recipiebant, quæ Hospitalia dicebantur: ut notatur Vitruv. *lib. 6. cap. 10.* Gratianus *d. discip. 898. num. 11.**

75 Ex quibus cum propter rationes allatas prohibito facta fuerit conveniendi ad convivia in Ecclesia, quæ mutata fuerunt postea in tabernacula prope Ecclesiam, donec tandem in melius omnibus Ecclesie institutis reformatis, cum ad pietatem nihil magis conducere videretur quam Dei pauperes alere, nec tamen expedit illam pietatem in Ecclesie exercere, nihilque pietatis hujusmodi detraheretur si separati locus pro alendis pauperibus esset destinatus, progressu temporis Xenodochia, Orphanotrophia, Gerontochomia, Brephotrophia instituta competimus, ut ipsa, non autem Tempia, parata sint ad inopes, pupillos, infantes, & senes recipiendos: *cap. in qualibet*, ubi *Glof. verbo Xenones*, 23. qu. 5. cui adde Laurent. Bellis *in repet. tex. in can. nullus mortuus, d. 2. p. 13. q. 2. nu. 30. & 31.* Et licet Xenodochium pro Hospitali nostro accipiatur, quod dicitur à *suscipio*, & *hospes*, de quo videndus Gratian. *discip. 666. nu. 15.* & abque religionis nota conventionem in Ecclesia calumniam non liceat, tamen propter rationem indecentiæ & vitandi plurima peccata quæ pietatis occasione sumpta perpetrabantur, aliqua fuerunt prohibita, quæ aliàs sanctissima erant; veluti pernoctationes in Ecclesia, confessiones fœminatium ante auroram absque urgenti necessitate; de quibus omnibus late videndus Cencio *Collect. 11. ad 6. Decretal. ex nu. 4.* ubi plura notatu digna reperies. Verùm cum noster sermo tantum sit de Hospitalibus Ecclesiarum Cathedralium, ea quæ ad alia Xenodochia spectant omittimus, de quibus latissime in Conc. *Trid. sess. 25. de reformat. c. 8.* ubi Commentat. *Garcias de benef. 1. p. c. 3.* ubi *n. 14.* innumeros refert de materia Hospitalium tractantes, *Fatin. in posth. tom. 1. decis. 268.* ubi plura ponit, & *tom. 2. dec. 461.* tantummodo ergo notabo, quod Orphanotrophia pro Orphanis primus instituit S. Zoticus Constantinopoli, cujus dies festus die 31. Decembris celebratur, ut ibi notavit Card. Baron. Cui adde Guidon. Pancirol. in *Trojan. var. lect. lib. 2. c. 17. in princ.* Barb. in *collect. ad text. in canonis privilegia 33. c. de Episc. & Cler. n. 4.* Nosocomia verò, quæ universaliter pro pauperibus infirmis eriguntur, Fabiola nobilissima Romana Romæ instituit prima, quæ à viro ob adulterium dimissa, sibi licere credens alteri nuperat: verum errore detecto, publica penitentia crimen diluit, ac facultatibus suis pauperibus applicatis Nosocomium erexit, ut S. Hieronymus narrat *Epist. ad Oceanum 33.* de quo etiam idem Pancirol. *c. 171.* Barb. in *Collect. ad text. in c. illud quod 16. de sacros. Eccles. nu. 6.* ubi late de omnibus Hospitalibus ad diversa opera pia institutis pertractat: de qua etiam Fabiola meminit Lorin. in *Acta Apost. c. 10. vers. 123.* ubi etiam notat S. Hieronymum à Panmachio excitatum in portu Romano hospitalitatem exercuisse Xenodochio erecto, ut idem Hieron. *Epist. 27.* testatur: licet in veteri Testamento jam fundata fuisse Xenodochia per Hircanum Pontificem notet Josephus *lib. 13.*

Francis de Eccles. Cathed.

Antiq. capite 16. quæ doctrina quomodo intelligenda sit? vide apud Lorin. *d. c. 10. vers. 23.* ubi ex opinione Robinson notavit Lyranus *in c. 19. Censis*; uxorem Lath in statum Salis verfam esse, quia hospitibus Angelis nec salem apposuit: quod & eruditè tradidit Guilielmus Pepin Ordinis Predicatorum *Gen. 19.*

Unde Simplicius Papa, qui Anno 471. præfuit Ecclesie; ut ex prima ejus Decretali constat, quæ habetur in *c. de redditis*, 12. qu. 1. bona Ecclesie distribuit in quatuor partes: Primam assignavit Pontifici, secundam Clericis pro meritum qualitate, Tertiam pauperibus, Quartam fabricæ: quæ distributio duravit diversis modis à Romanis Pontificibus facta, usque ad S. Gregorium, ut constat ex adductis à Molina *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 142. ver. tempore Simplicii*: quare post S. Gregoriam tempora, quæ sedit annos 13. menses sex, dies decem in Pontificatu, & anno 604. obiit teste Baron. *to. 8. eodem Anno, n. 16.* credo Hospitalia hæc initium sumpsisse. Hæc autem ab initio Diaconia erant, quæ idem ac Xenodochium significat, nec differant illa duo, sed pro Hospitali sumuntur, quæ vis in Jure Civili in *tit. de sacros. Eccles. & tit. de Episcop. & Cleric. in Codice*, diversis nuncupentur nominibus: nam cum Diaconia dicta sit à verbo Græco, quod idem est *amicumiserium*, quasi domus ministerii ubi pauperes hospitio excipiuntur: unde Diaconi, qui Altaris ministerio interfunt, & proximiores Sacerdoti assistunt, quia successerunt in locum eorum qui antiquitus Hospitalibus ministrabant, Elemosynas erogando pauperibus, ut probat Breviat. Roman. in *Lectioe S. Fabiani, die 20. Januarii*, ubi ait: *Fabianus Romanus à Maximino usque ad Decimum regens Ecclesiam, septem Diaconos regiones divisit, qui pauperum curam haberent: de quo videndus Fr. Hieron. Roman. de Repub. Christian. lib. 3. c. 9. vers. la orden del Diacono, fol. 199.* citato Matio Itala *de immun. Eccles. c. 4. n. 4.*

Hæc autem laudabilis Constitutio usque in hodiernum diem in nostra Metropolitanâ Cæsaraugustana S. Salvatoris Ecclesia modo prædicto viget, prope quam unum est erectum Hospitalis, in quo peregrini recipiuntur, & per tres dies sustentantur, in eoque hospitalitas exercetur medio quodam Ministro à Capitulo deputato, & aliis inferioribus servitoribus, quæ omnia expensis communibus Capituli fiunt, & ex bonis Mensæ Canonialis pro pauperum sustentatione & hospitalitate exercenda deducuntur: utinam in omnibus aliis Sanctis Ecclesiis hujusmodi vigeret consuetudo, & omnes exemplum funderent à Paulo Jovio juniore, Episcopo Nucernino, qui Palatium amplum prope Ecclesiam suam erexit, & singulari devotionis exemplo, ac memorabili pietate hospitalitati se consecravit; ut narrat Borre. *controv. 2. num. 8.* Et licet tantum septemdecim peregrini recipiantur, quia tamen non possunt plures sustentari, imò nec inveniri, ita ut ex aliis quotidie recipiantur; rectè convenit illud Arist. *lib. 9. Ethic. cap. 12.* ubi ait: neque multos habendos hospites, neque sine hospitibus esse vivendum: ut in terminis nostris observavit Fusc. *de vist. d. lib. 2. c. 13. n. 3.* quæ Hospitalia in specie maxime à Domino commendantur, ut constat *Isaia c. 58. 7. egenos, vagosque induc in domum tuam.* Et idem magis accipiendi peregrini: quia magis indigent, juxta illud Job *c. 31. 22.* *Foris non mansi peregrinus, olivum meum vatori patuit.* Quomodo autem, & qui recipiendi sunt? vide *Euseb. d. c. 13. ex numer. 12. cum seqq.* ideoque laudanda est recta cum ratione nostra Metropolis ex hac hospitalitate, nam ut ait Cicero *lib. 2. de offic.* est Republicæ ornamentum; homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere: quod etiam ad Nosocomium Desparæ de gratia ejusdem nostræ Civitatis Cæsaraugustæ rectius applicatur, ubi omnes absque differentia Nationum, tam Christianorum, quam Turcarum, omnium generum infirmitates curantur & recipiuntur.

Et hinc est, Episcopum posse rectè excommunicare Clericos non solventes hospitalitatem, seu eam non servantes: *Glof. extrav. Execrabilis ban. XXI. verbo debita, de prebend. & dignit.* Exemplo Joannis Apostoli qui *Epist. 3.* Diotrophem excommunicavit, quia pauperes non

Hospitalia beneficium quando regulari, vel seculari presumuntur, 143. & 160.
 Hospitalia quae ad omni naturam beneficii, 144.
 Hospitalia quare non veniant in gratia beneficii generaliter facta, 145.
 Constitutio disponens quod Hospitalia ultra triennium conferri non possint, quando non habeat locum, 146.
 Hospitalarius dicitur habere dignitatem, non simplex servitium, & debet consequi congruam tam pro sua sustentatione quam pro hospitalitate servanda, ibid.
 Hospitalia, quando sit perpetuum, & detur in titulum, 147.
 Hospitalarii cuius aetatis esse debeant, 148.
 Hospitalarii possunt habere Oeconomum, 149.
 Simonia quando committatur in Hospitali cum ministris paciscendo, 150.
 Hospitalia destrudo quid faciendum de bonis, 151.
 Hospitalia destruntur per Commendas beneficiorum, 152.
 Bonas aditu a peregrinis, & consignata hospitalitatis, si amittantur, cuius sit periculum? 153. & seqq.
 Quid in Nautis, Caponibus, & Stabulariis, ibi, & seqq.
 An actione civili, vel criminali, peregrini hoc casu procedant, 154.
 Capones tenentur restituere omnia, quae ab hospitalibus eis consignata fuerunt, 155.
 In Francia quid observetur, ibid.
 Capuo recepitse censetur omnia, quae intra domum suam illata sunt, 156.
 Capuo pro famulis tenentur, & quando fecerit, 157.
 Beneficium fundatum in hospitali forsipatronatus, ad hospitalarium pertinere presumitur, 158.
 Quodlibet probatio cum hac presumptione sufficit, 159.
 Hospitalia quando regulari vel seculari censentur, 160.
 Hereditas relicta Hospitali an per Hospitalarios possit cedi, 161.
 Hospitalarius serviens peregrinis inventarium facere tenetur, 162.
 Et ad faciendum ab Ordinario potest cogi, 164.
 Hospitalarius perpetuus potest dari qui non sit beneficiarius, 165.
 Quae Conventui ipsi debeatur, ibid.
 Hospitalarii possunt in contractu obligare hospitalia, 166.
 Episcopus visitans Hospitalia non potest exigere visitationem, 167.
 Graeci hospitalia magna pro peregrinis faciebant qua Cometeria appellabantur, 168. & seqq.
 Episcopi avari, & quare, 169.
 Pensiones, & onera praecipue temporalia Episcopatus imponenda, in causa sine cur Episcopus vexet subditos, ibid.
 Episcopi quomodo debeant divitias acquirere & expendere, 170.
 Eunuchi an sint habiles ad Dignitates, 171.
 Civitas Neapolitana quare gloriosa aucta, 172.
 Cura Hospitalium facit auferri civitates & oppida, ibid.
 Idem de cultu divino, ibid.
 De regimine boni hospitalis remissive, 173.

Summa providentia omnipotentis Dei & Domini nostri donis spiritualibus omnia replere desiderans, ita mundum ordinavit, ut aliquos divitiarum abundantia ditaret, alios vero in paupertate constitueret, ut isti per patientiam in laboribus, illi vero per largitatem in alendis pauperibus, divina largitatis participes fierent: ut eleganter dixerunt Steph. Vivemus in Consi. 24. ex antiquo iure desumptas, & per Conc. Trid. innovatas, consi. 16. num. 1. pag. 270. cuius verba ponit etiam Barb. in Collect. ad Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 8. num. 1. Hinc est quod hospitalitas summopere a Domino commendatur, a Concilio praecipitur, a factis Canonibus iubetur, & a Sanctis Patribus tamquam necessarissima laudatur. A Domino in Scripturis sacris sepius commendatur, ad Rom. 12. cap. ait D. Paul. Hospitalitatem servantes. Per eam enim Genes. 19. Abraham & Loth domus semper hospitibus patebant, ideò Angelos suscepit iste, quos Sodomitae recipere noluerunt: de quo est text. in c. quiescamus, 42. dist. adeo ut Loth ne hospitalitas iura, etiam inter Barbaras illas nationes frangeret, proprias filias pessimis illis hominibus obtrulit, telle D. Ambrosio lib. 1. de Abraham, c. 1. relatus a Gratiano in c. offerebat, 32. q. 2. unde metuit ratione hospitalitatis ab incendio illarum

Civitatum liberari, & imperatorum evasit ignem, & aeternum consequurus est premium: ita D. Augustinus, quem sequutus est Fusc. de visit. lib. 2. c. 13. n. 2. & habetur 42. dist. in prin. Per hanc Paconius Ecclesiae se junxit, cum videret aequaliter in externos & paganos illam exerceri; ut ait Sarius in vita ipsius 14. Maii. Quos Paganos ut contineret in idolorum cultu, pluresque ad eum alios alliceret Iulianus Apostata, Christianam istam pietatem imitatus est; ut ait D. Greg. Nazian. orat. contra Iulian. & notavit Lorinus in Comment. ad Apost. c. 10. vers. 23. Vidua praeterea, quae hospitio suo excepit Eliam 3. Reg. 17. nonne mercedem recepit? cui toto tempore famis generalis, farina, & oleum non defuerunt? Rahab nonne quia recipit nuncios filiorum Israel cum parentibus suis servata est, quando omnes tradidit sunt? Ioseph 6. ipsa enim hospitalitas disponit ad cognoscendum Dominum, & ideò Saluator noverit Luca ult. cognosci voluit a Discipulis dum apud ipsos videretur; ut ibi notavit S. Greg. & Barbof. tit. 2. gloss. nu. 3. & de unio. lib. Eccles. lib. 2. c. 11. num. 65. & plura de hac materia vide apud Cresp. in summa Ecclesiastica. disp. verbo Hospitalitas. Plura etiam cumulat Fusc. de visit. lib. 2. c. 13. ex n. 1. cum sequ. Innumera Lorinus omnino videndus in Comment. ad Apost. c. 10. v. 23. & latius c. 3. versu 2.

Hec autem Hospitalitas licet omnibus Christi fidelibus commendetur, tamen proprium est munus Episcopi, cui inter ceteras egregias dotes, quibus ab statum Episcopatum ornari debet, praecipue convenit hospitalitatem exercere, ut ait Paulus Apost. 1. ad Timoth. 3. ideòque tamquam propriam tesseram Patriarcharum ponit Lorin. tit. 10. v. 23. Nam cum ipsi imitatores debeant esse Christi Domini, eos hospitalia esse decet, ut probat Gratian. dist. 85. in prin. & pluribus relatis videndi Barbof. & Cresp. locis superius citatis: rationem reddit Barbof. inquis. Cleric. 8. p. 1. tit. de disciplin. Cler. §. 15. num. 75. ne sit innumero eorum, quibus in finali iudicio dicitur, hospes eram, & non suscepisti me: Matth. 25. §. 1. 42. dist. ubi plura de hac obligatione in Clericis satis erudita invenies videndum etiam Concilium Alvernense quod allegatur in Codice quingue Librorum lib. 2. cap. 103. Manticonense 2. c. 11. & c. 13. ubi ait: Episcopalem domum instituat esse, ut omnes sine personarum acceptione in hospitalitate recipiant. Vide etiam Conc. Aquilgranen. 1. & 2. c. 13. Melden. cap. 28. Oxoniense, in Anglia, cap. 1. & Trident. sess. 25. cap. 8. & Episcopi & ceteris Clericis propriis licet commendatam reliquit S. Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 1. & 8. Maxime etiam convenit Regibus & Principibus in aegros, & pauperes exercere liberalitatem, ut titulus Patris pauperum ipsorum propriissimus sit: nam ut optime Theodolius & Valentianus rescripserunt in Novella de bonis Decurion. nulla professione virtutis, nullaque re alia proprius homines Deo quam hac liberalitate conjunguntur nam cum beneficiorum fontibus genus amplifecit humanum, divinam benevolentiam nobis credimus obligari, unde spes tota vicissitudinis expectetur: de qua re late videndus Solor. emblem. 41. per totum. Clerici enim imitari debemus Redemptorem nostrum, qui fuit hospes activè & passivè; Act. Apost. cap. 2. scientes quod Deus non ex vita receptorum, sed ex voluntate quam recipiens praebet, compensat: c. De Monachis, de prob. c. Florentinus, §. 5. dist. c. quid. §. Communitate, 12. q. 1. & ideò sine exceptione omnes indigentes recipere oportet. Quare Abraham Angelos recepit? quia pauperes quos recipiebat non respexit? d. c. quiescamus, 42. dist. Fusc. supra, num. 4. & ideò Hospitalitas commendatur nobis, d. c. de Monachis, ubi Gloss. de prebend. quod ad solitam hospitalitatem, & juxta vires facultatem intelligunt Abbas ibi, n. 3. & 4. & post Innoc. ita interpretatur Greg. Lopez ad l. 40. tit. 5. p. 1. verbo los Prelados, de quo etiam infra. Quam etiam Gentiles agnovissent, sacram enim mensam Hospitalis appellavit Senec. lib. 4. de benef. & Tullius lib. 2. de offic. quos sequitur Chaffan. in Catalog. mun. 11. par. conf. 46. vers. quia: licet inter ipsos Gentiles non defuerint barbari, qui in hospitalitatem magnam exercuerunt: de quo videndus Alexan. ab Alexan. lib. 4. ditor. Genial. c. 10. ubi Commentator ejus Tiraquellus fol.

492. & seq. Sed inter Christianos in singulari commendatione & observantia habenda est. Primo quia res est quae ad susceptionem divinae gratiae preparat, Luca ult. cap. ubi dicitur quod Dominus in via a Discipulis cognosci voluit, ipsum rogantibus multiplicat, 3. Reg. 17. oleo viduae & farina probatur: a malo temporalis servat, Ioseph 6. exemplo Rahab: Angelos recipit, Gen. 18. & 19. ut Abraham & Loth, cap. 6. §. at non Abraham, 35. dist. A Christo commendatur Matth. 25. Paul. 12. & ad Hebr. ult. & 1. Pet. 1. 4. apud omnes etiam Nationes celebratur, cum debeat esse ubique inviolabilis, ex text. in c. offerebat, 32. dist. & denique Deum ipsum meretur recipere: Matth. 10. 40. Qui vos recipit, me recipit: & c. 18. §. Qui recipit unum talem parvulum in nomine meo, me suscipit; cui adde D. Hier. ad Nepotianum, per haec verba loquentem: Mensura tua pauperes & peregrinos suscipiat, & cum illis Christus comovenerit. Hoc autem non modo accipiendum est cum in membris suscipitur Christus, fed etiam quandoque personaliter; ut narrat Gregorius accidisse multis, tam in Dialogis, quam in Homiliis Evangeliorum: vide plura apud Chaffan. d. conf. 46. ubi notant Loth fuisse primum qui eam exercuit. Unde si hospes dicitur tam ille qui recipit, quam ille qui recipitur; 26. Glof. in l. 1. §. Magistratum, vers. vel Rectoribus, in fine, ff. de exerc. action. Alber. ver. Hospes, in prin. unde illud Ovid. 1. Metam. Non hospes ab hospite vitus: & late probat Gratian. disp. 898. n. 9. & qui recipitur, est Christus, merito hospitalitas quodammodo nos Deos facit, ita conjungendo nos cum ipso, ut aliquo modo applicari possit illud Eucharistiae, Iuan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meam sanguinem, in me manet, & ego in eo.

Sed & haec cura, quae semper Romanis Pontificibus & Conciliis tam Generalibus quam Provincialibus ita cordi fuit, ut penè innumera fecerint decreta circa hospitalitatem, quae omnia, quia curam pauperum respiciebant, ideò ut ad principium recurramus, observandum est, quod hospitalitas initio Reipublicae Christianae in Communi observabatur, quia in communi fideles vivebat, quandoquidem omnia bona erant inter ipsos communia, quae Christi fideles offerebant ad pedes Apostolorum, ut ex eis, communibus prospiceretur necessitatibus, ut sapè dictum est.

Et cum nihil sit Christianae pietatis magis proprium, nullavere dignior Christiano, quam Misericordia in pauperes, quam Romani Pontifices in toto orbis totis viribus procurant, ut mendicis pauperibus succurrat ex Christi fidelium obventionibus; siquidem Apostoli juxta Domini praecceptum nihil proprium habentes, fed Evangelicam sectantes perfectionem, Math. 10. Marc. 6. Luca 9. omnia vendentes, pauperes alebant, nihil sibi reservantes; c. scriptum est, c. dilectissimis, a. futura, cap. videntur, 12. qu. 1. & postquam Ecclesia bona in communi habere cepit, ne Dei Ministri vagarentur ad necessaria perquirenda, de quibus in c. 1. usque ad c. certe ergo, 12. q. 1. inter Episcopos & Clerum secularium pro mechatate divisa fuerunt; juxta dispositionem text. in c. antiquos Canones, 10. q. 1. Cui divisioni, cum ipsis non satis prospectum esset, non acquiescentes, tertiam partem Episcopos, duas vero Ecclesiae Pontifices attribuerunt: juxta text. in c. de his, c. decernimus, 10. quast. 1. c. unio, 10. q. 3. cap. constitutum est, 16. q. 1. donec videntes oblivione pauperum ipsi Romani Pontifices, certam illis quotam assignarunt, ita ut in quatuor dividerent partes omnia bona; Primam pro Episcopo, Secundam pro Clericis, Tertiam pro fabrica, & Quartam pro pauperibus: ut videre est per text. in c. vobis 23. c. vulturana, 25. c. concessio 26. c. quatuor 27. in c. redditibus, c. cognovimus, c. nos, 12. qu. 2. quam dispositionem etiam sequuta fuit Regia lex Castelle 19. tit. 20. p. 1. Ad quod plura tam veteris quam novi Testamenti exempla invitant: Scimus enim hujusmodi officium fecisse Rebecca in famulum Abrahæ Gen. 24. 18. viduum Sareptinam, & Sunamitidem in Eliam & Eliseth 3. Reg. 17. & 9. & 4. Reg. 4. filiam Pharaonis in Moysen Exod. 2. 1. 6. Obstrictas Aegyptias in pueros Hebraeos Exod. 17. Rahab in Populum eundem, Ioseph 2. 4. Abigail

in David, 1. Reg. 25. & illam quae nuntios abscondit, 2. Reg. 17. 13. & in novo Testamento exemplum habemus in S. Elisabeth Luca 1. 42. in Anna prophetissa ibi c. 2. 39. in Tabitha Act. 9. 36. & seq. in sororibus Lazari Luca 10. 38. & seq. & in illis quae Christum sequebantur ministrantibus ei, Iuan. 12. 2. & seqq. ut notavit Lorin. in comment. Act. Apost. c. 16. vers. 15. in prin. & in sacris literis summopere laudatur, & magnum fructum ex ea consequi exemplo Abrahæ supra relato, Marthæ, & Magdalene, Zachari Luca 19. & duorum Discipulorum peregrinantium in Emaus Luca 24. probat Lorinus c. 10. versu 23. Ex illo igitur tempore Episcopi & Clerici beneficia in particulari habere coeperunt, c. certe ego, c. Episcopi, c. manifesta, c. nisi manifesta, 12. q. 1. Unde semper sacri Canones, Sacrae Concilia in maxima cura Hospitalitatem praecipue in Ecclesiis Cathedralibus habuerunt: de quibus videndum est Concil. Basiliense sess. 21. cap. 140. ubi summam pauperum curam voluit haberi in Hospitalibus, ab Oeconomis & Rectoribus ipsorum, ut strenui sint ac fideles & virtutibus ornati, ut tale officium sibi commissum fideliter exequantur. Et in Conc. Gangrensi can. 11. hospitalitatem desipientes excommunicantur; ut probatur in Summario, 42. dist. in fine, & aliis supra relatis: licet Orphanotropa S. Zoticus in statu fuerit, cujus memoria die 3. Decem. colitur; de quo videndus omnino Barbof. in collect. ad text. in l. omnia privilegia 33. c. de Episcop. & Cleric. nu. 4. Et ex hac ratione, hospitalitas ad officium pietatis spectat, & ad eam Clerici beneficiati tenentur ex debito necessitatis, c. Florentinus, 85. 40. dist. in c. quiescamus, 63. dist. c. Monachus, de prebend. ubi tamen ut prius Congrua pro sustentatione ipsorum deducatur, & sic juxta vires facultatum; non enim tenentur omnes recipere, & postea mendicare, ut supra notavimus; sed primo subveniendum est servitoribus, c. de his, de Eccles. edific. Item reparanda est prius Ecclesia, c. Pastoralis, 42. de his quae sunt a Pralat. in prin. & ex reliquis reddibus tenentur praebere hospitalitatem; nisi tanta esset necessitas quod fame moterentur pauperes, quo casu Ecclesia teneretur vendere bona, etiam vasa sacra: cap. aurum, 12. q. 2. de quibus omnibus videndus Greg. Lopez in d. l. 40. tit. 5. p. 1. verbo los Prelados. Unde rectè conquiretur Joann. XXIII. in extror. execrabilis, de prebend. ibi: hospitalitas in ipsis beneficiis debita non servatur: & plura circa hanc materiam, & obligationem hospitalitatem exercendi, congerit Cosmas Guymier in pragmat. sanction. in proemio, §. nam Ecclesiarum, verbo hospitalitas, fol. 26. col. 2. recta cum ratione, nam qui in hac vita durus & immisericosus circa hospitalitatem fuerit, ubi omnes sumus peregrini, denegabitur ei post decessum vitam Sanctorum hospitium: ut auctoritate Ambrosii lib. 1. de Abrab. cap. 1. arguit Lorin. in Comm. Act. Apost. c. 17. v. 22. & seq. ubi innumera non injuvanda de laude hospitalitatis invenies. Licet enim Apollolus Paulus Sacerdotem hospitalem esse debere praecipiat, Epist. 1. ad Timoth. 3. tamen cum Sacerdos primum a se ipso, & à domestica Ecclesia sua debeat exigere, quod postea populus imperet, ut notatur 42. dist. in Summario, ideò Apostoli primi in fide parentes à Christo Domino nobis relicti ut eorum vestigia sectantes vitam consequeremur eternam, hospitalitatem exercebant, victum & vestitum tantum sibi reservantes, cetera vero bona in pauperes erogabant, in communi eos recipientes & sustentantes, ut bene probatur ex text. c. 4. Actum: de quo etiam est text. in c. dilectissimis, c. illi, 12. q. 1. & per haec Jura ita disponitur de Jure Hispano in l. 40. tit. 5. p. 1. ubi Greg. Lopez tit. L. ut eorum exemplo in vitate Ecclesiae idem pietatis officium exequerentur: Nam ut in d. Summario, 42. dist. docetur, Episcopus primo imitando Christum, ipse debet facere, quae postea populum doceat; ut pauperes hospitio recipiat, quò ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat.

Ab hoc optimo exemplo edocti, licet officium hospitalitatis commune sit omnibus Ecclesiasticis, jure ita disponente, quod domus Clericorum pauperibus debeant esse communes, c. si cupis, 16. q. 1. ut elemosinis in pauperes vitium avaritiae de quo possit notari effugiant, ut notavit Fusc.

recipiebatur: ita plures apud Fusc. d. c. 13. n. 5. qui tamen recipiendi sunt, qui commendant & bibant ea que apud ipsos libenter apponuntur, sicut faciebant Apostoli sancti ex precepto Dei; non verò illi, qui dominos de domibus suis eieciunt, & rebus suis spoliant, qui sunt tamquam mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio, qui rectè ab hospitali eieciuntur, quia cum quaerunt usurpare que sua non sunt, iusta animadversione etiam illud cogantur amittere, quod eis aliquo modo videtur competere, ut optime notatur in c. unico, §. item preceptum Dominus, qui est finalis, l. 3. q. 1. de quibus etiam videndus l. iud. Mosco. de maiest. mil. Eccles. lib. 1. 4. p. cap. 6. de Hospitalariis, in fine. Si verò scire velis qui ad hospitalitatem possint cogi: Consule plures relatos à Cenedo Collect. 118. ad Decretal. quos transcripsit Barb. in Collect. eiusdem tex. qui est c. 1. de emp. & vendit. & in Collect. ad Concil. sess. 25. de reform. c. 8. num. 2. Gratian. discept. 898.

98 Quæ hospitalitas plura habet privilegia, de quibus in l. omnia privilegia, c. de Episc. & Cleric. & omnia quæ competunt pia causa: Barbof. Collect. ad tex. in c. ad hac. de relig. domib. ubi innumeris citat n. 2. Belletus disquis. Cleric. p. 1. tit. de favor. Cleric. real. §. 4. n. 36. Inter quæ illud est, ut donatio ipsi facta, ex causa pia censentur; & insinuatione non indigeat, prout latè probat Barb. in Collect. ad text. in l. illud quod 16. Cod. de sacrosan. Eccles. Relinquo quod milites non tamquam milites sed solum tamquam peregrini, ibi suscipi possint; cum generaliter Clerici omnes, eorumque mancipia ab honore excusentur: de quibus idem Barbof. in Collect. ad text. in l. 1. n. 3. c. de Episc. & Cleric. Cenedo in Collect. ad text. in c. 1. placuit, de emptio. & vendit. n. 1. quæ est Collect. 118. ad Decretal. & ista Hospitalia Ecclesiarum Cathedralium gaudent absque dubio immunitate, cum fundantur à jure, ex supra adductis: Ex quibus vana est quoad profanus Caput, quælio à DD. in materia Hospitalium distinguuntur inter ea quæ auctoritate Episcopi fundata sunt, vel Ecclesiam habent, ita ut illa gaudeant immunitate, hæc verò è contra: de quibus latè Fusc. d. lib. 2. de Pfr. c. 13. n. 10. & videndus est text. & DD. in cap. in quilibet Civitate, 2. q. 8. videndus etiam latissime Barbof. de univ. lur. Eccles. lib. 2. c. 11. n. 13. & circa dispositionem domorum tam circa uniones, quam circa alias res; idem iudicium faciendum est, ex Gratian. discept. 278. nu. 41. & 42. qui loquitur in Hospitali engendo, ut habeat privilegium quod valeant eius dispositiones, & sint privilegiata, & labe simoniae contrahi potest: ut per text. in c. Salvator, n. 4. 3. tenent plures apud Barbof. supra, nu. 18. & gaudet omnibus privilegiis Ecclesiarum, Rota dec. 168. n. 1. p. 1. recent. & ejus bona alienari non possunt: latè Diana p. 1. tract. 8. resol. 77. Restitutionis privilegio sicut ipsa Ecclesia gaudet: ex ejus bonis non debetur gabella, nec Falcidia detrahitur, vel Trebellianica: de quibus omnibus latè videndus Barbof. in Pastor. alleg. 75. ex n. 32. cum pluribus seqq. Omnia autem privilegia istorum priorum locorum cumulavit idem Barb. de univ. lur. Eccles. lib. 2. c. 13. per totum, ita ut superfluum sit transcribere: quare summam tantum illa enarrabimus ad ipsum nos referentes; gaudet etiam privilegio fisci, gaudet insuper privilegio militum, præterea & privilegio alimentorum, dotis, minorum, nec non dispositis in favorem Republicæ privilegio, & jure Imperii possessio sine traditione transfertur quæ nunquam dicitur vacua: donatio omnium bonorum ipsi facta est valida, in dubio donatio præsumitur, & propter ingratitudinem revocari non potest; cogi potest vicinus ad vendendum prædia urbana pro fabrica, vel ampliatione illius: non eget insinuatione donatio excedens 500. aureos: agere potest Ecclesia solvens pro alio sine cessione: habetur loco filii, & facit cessare conditionem, si sine liberis: non venit in generali revocatione legatorum nisi toto testamento revocato: relicto ipsi legato pro exoneratione conscientie, non tam legatum quam restitutio censentur: in favorem Ecclesie reus tenetur edere instrumenta contra se ad eam petente: in Contractibus innominatis non est locus penitentie: indebitum solutum non reperitur, nisi solvens ex tali solutione ad pauperem reduceretur: Legatum ei relictum non recipit interpretatio-

nem, quæ illud miratur; in diversis opinionibus illa prævalet quæ favet pte Cause: sine mandato pro ea potest quis agere: volens dare, potest compelli, licet nemo fit qui recipiat: disponens dare potest post mortem: quaeritur jus immediate & dominum, & possessio nunquam vacat: vallet testamentum ad pias causas cum duobus testibus, licet de jure septem requiratur: mandatum factum ad pias Causas non expirat morte mandantis: femina à testimonio non repellitur: & in dubio pro pia Causa est judicandum. Vide etiam Tirag. integro tract. de privilegiis pia cause, quæ omnia ad hæc Hospitalia tamquam pia opera applicantur, ut supra notavimus. Et hac ratione cum Hospitalia hæc sint à jure constructa, gaudent non solum immunitate: sed etiam privilegio fori: latè Riccius in collect. decis. par. 6. collect. 242. 1. vide etiam collect. 1244. eadem par. 6. & de illis, ut de Ecclesia judicatur: Fusc. d. c. 13. nu. 10. & eorum Ministris gaudent pariter immunitate: Fusc. d. cap. 13. nu. 18. Camil. Borrel. in Summa decis. tit. de sacrosan. Eccles. num. 16. & tandem liberum est Hospitalia à solutione Gabellarum, ex pluribus congestis à Bobad. in polit. lib. 5. c. 5. num. 31.

Quomodo ergo oporteat peregrinos recipere, an expediat omnes, & quos non erit alienum ab instituto tractare. Et quidem si elemosina potest omnibus dari, & facultates pro omnibus sufficient; melius est sine acceptatione omnibus liberaliter illam impendere, nam & Abraham ex eo quod de pauperibus non indagavit, Angelos suscipere meruit; si verò facultates pro omnibus non sufficient, tunc ordo charitatis servandus est: & ita hanc difficultatem hac media distinctione conciliant Joannes de Medina & Bartholomæus Humada, quod sequitur Cenedo in collect. ad text. in cap. quæsumus, 42. dist. nu. 2. quæ est 36. ad Decretum, & ipsi citatis, Cenedo relicto, Barb. in ead. collect. num. 8. quod ita faciebat Ecclesia Romana, ut scribit Martinus Papa Episc. 16. per hæc verba: *Quisquis miserabilis homo ad eam venisset, illum hospitio excepisset, & factum ad usum ei præbuisse, nec ullum repulisse, de assidue parvam mundissimum & vinum diversorum, refert Lorin. dict. cap. 10. vers. 23.* & hac ratione intelligendum est quod dicunt DD. videlicet non esse laudandos illos, qui aliquos acceptant peregrinos, alios pro voluntate rejiciunt: contra quos invenit Fusc. d. c. 13. num. 13. quod ego intelligo de Hospitali generali habente pro omnibus, non de illo qui ad certum opus destinatum, usque ad certum numerum tantum recipere valet, in quo bonum ordinem servari oportet, ita ut aptiores recipiantur: in quo ordine minor & miserabilior recipiendus est: ex elegant D. Chrysolom. loco quem refert Lorin. in Alia Apol. capite 12. vers. 10. per hæc verba: *Quanto minor frater qui suscipitur, maior Christus qui per illum advenit: & qui magnam suscipit, maior raro vana gloria se obnoxium facit: qui autem parvum, is illum parè propter Christum: & quævis sint aliqui impositores, vel ingrati, maior erit merces, quod propter Christum illum suscipias, & manus beneficium dando accipis, quam dās.* Cum benignitate insuper oportet eos suscipere, quandoquidem inter Sordiosum pessima vitia quæ eis exitium attulerunt, in hospitalitatis vitium recenseretur. Exech. 16. 49. quæ eadem attribuitur causa plagarum Ægypti, atcebant enim peregrinos, aut ut mancipia dicit tradabant, & oderant eos, qui se erga eos benignius gessissent; imò & hospites ipsos immolabant: de qua inhospitalitate agit Liber Sapientie cap. 19. 13. 14. & 15. & de cæteris dictis videndus cum pluribus Lorin. dict. cap. 10. vers. 23. ubi enumerat Nationes, quæ hospites non recipiunt, easque ex diversis Auctoribus pro Barbaris reputat: ideoque pro maximo beneficio etiam Gentiles hominem peregrinum pro hospitalitate accipiendam adducere judicantur, ita Thoxaris cum Solone loquens de peregrino Anacharsi, quem illi adducebat, dicit per hæc verba: *Venio maximum tibi munus adducens, virum peregrinum egentem amicitie. Sequenti autem die surgens profectus est cum illo:* refert Lorin. dicto cap. 10. v. 23. paulo ante finem.

Insuper non solum nos venientes hospites recipere vult Origenes, præcepto Apostoli obediens, verum non monet etiam

etiam requiret peregrinos, lib. 9. in cap. epist. ad Romanos hæc verba: *sed requiremus, & solliciti sumus, & sectemur, ac perquiramus ubique hospites, ne forte in plateis sedeant, & extra tellus iaceant.* Et de pluribus aliis Sanctorum Patrum testimonium in hac materia, vide Lorin. c. 16. vers. 15. circa finem. quod cum in hospitali nostræ Metropolitanæ haud de facili fieri posset, instituta est Confraternitas, quam el refugio appellant, sub invocatione B. Mariæ, in qua quotidie pauper perquiruntur, in domum ad id paratam adducuntur cœna recreantur, & lecti mollitie defessa ipsorum membra reficiuntur: In hac Societate unus semper præest Canonicus, vel Dignitas sanctæ Metropolitanæ Ecclesie, ita ut illos, quos hoc Hospitali non invenit, Charitas Christiana suis mediis ministris perquirat: quod antea ab illo Sanctitatis exemplo D. Francisco Ximenez de Cisneros S. R. E. Cardinali Archiepiscopo Tolerano & Primate Hispaniarum, qui ob mirabilem vitam omni virtutum genere insignem, in Sanctorum numero à S. Sede Apostolica prope diem connumerandus expectatur, Toleti anno 1553. primò institutum fuit, ut notavit Berlingen in Calendario B. Virginis sub die 8. Mensis Decembris nu. 12. Et ego etiam notavi in vita Sancti Philippi Neri Patroni mei, lib. 2. cap. 21. nu. 2. Hinc qualitates eligendorum in Hospitalarios de facili deducuntur: Viri debent esse providi & boni testimonii, qui sciant & velint illa utiliter regere, & ad instar Tutorum optime administrare, quique peregrinos juxta prædicta recipiant: ut advertit Barb. d. cap. 11. num. 40. Quare Hospitalarii regentes hospitalia eligendi sunt Viri in charitate perfecti, benigni, mitis, misericordes, ætate maturi, timentes Deum, quia domui ejus & pauperibus præstant, penes se nullam retineant mulierem, ne domus Dei fiat malorum hominum prostibulum, ex D. Anton. 3. part. tit. 12. cap. 1. §. 1. l. iud. Moscon. de maiest. mil. Eccles. lib. 1. 4. par. cap. 26. de Hospitalariis, & omnes pauperes absque distinctione pie inquirentes ac recipientes, sicut Abraham, de quo in d. cap. quæsumus, 42. dist. Idem Moscon. in fine.

127 Hujus Hospitalis dispositio ad Episcopum spectat, tam ex juris dispositione, Clemens. quia contingit, de relig. domib. secundum quam omnia Hospitalia, sub protectione sunt Ecclesiarum: Abbas in c. cum sit generale, num. 3. de foro compet. §. 2. Gratian. discept. 481. num. 18. & 19. quam ex Conc. Trid. dispositione sess. 22. de reform. cap. 8. & in quod in eo intentionem habeat fundatà à jure probat cum innumeris Belletus disquis. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cler. real. §. 5. num. 88. ad hoc ut expensa fiat ad id, pro quo institutum fuit: c. de Xenodochiis; de relig. domib. Mosco. d. 4. par. c. 6. de Hospitalariis. Et licet Valasco. consil. 105. num. 28. intelligat de Xenodochiis auctoritate Episcopi fundatis, ex ratione supra adducta, nimirum ut à jure fundata sint, & quod in administratores non servantes statuta & alia potest procedere, non obstante exemptione, Clem. quia contingit, de relig. domib. Cochiet de lris ordin. in Exem. 2. p. q. 45. n. 79. Barb. de potest. Episc. alleg. 75. num. 12. & in Collect. ad Concil. dict. cap. 8. num. 9. tamen contrarium verius existimo, ex adductis à Gratiano supra: de quibus etiam videndus Ludo. decis. 4. & Additio ejusdem ad decis. 8. numer. 4. quod cum grano salis in nostris Hospitalibus intelligendum esse censeo, ita ut Ecclesie Cathedralis, quæ privilegio Adjunctorum gaudet, taliter pertineat ad Episcopum dispositio: ut correctio quocienscumque Civilliter procedit, ad ipsum pertineat; si verò Criminaliter, vel per modum visitationis, nisi nisi Adjunctis adhibitis, nisi jurisdictioni in particularibus quando Civilliter agitur ad Episcopum solum spectet: Saravia de Adm. tit. cap. 15. num. 15. & latus c. 18. per totum: cum verò visitat Hospitalia, Adjunctis adhibere debeat, sicut cum visitat Cathedralia, cum sit pars Ecclesie, de quo suo loco dicemus; Barb. de univ. lur. Eccles. d. lib. 2. cap. 11. num. 53. ita etiam Commutationem illius instituit, in aliud opus pium, Episcopus solus absque adjunctis facere non potest; teste Zerola in praxi verb. Hospitalia dub. 8. sed in nostris, cum ad certum opus pium destinata sunt, veluti pro peregrinis hospitio excipiendis, id nisi duobus de Capitulo adjunctis facere non potest: ita-

Fusc. doctus vir & Episcopus in d. capite 13. num. 24. Imò verò ex eo quod Cathedralia sunt juris patronatus Regii, in quibus respectu Hospitalium non intrant Ordinarii, ex Trid. sess. 22. de reform. c. 8. plures apud Solorz. in polit. lib. 4. cap. 3. pag. 57. credo posse visitare cum Adjunctis absque Regia licentia: quia hoc univ. saliter competit Episcopo in Ecclesia Cathedrali, in qua Reges sunt Protectores, ut probavimus supra.

Sed si hoc Hospitali habuerit beneficia unita, ad Seminarium contribuere tenetur, sicut & cætera Hospitalia: juxta latè tradita à Zerola & Riccio, quos sequitur Barb. in Pastor. Alleg. 77. num. 6. & de univ. lur. Eccles. d. lib. 2. c. 11. num. 31.

Quare deficientibus peregrinis vel aliis destinatis in his Hospitalibus, in alium pium locum qui institutioni sit proximior, converti potest, ex Trid. sess. 25. de reform. c. 8.

Et ex hac ratione, credo in pluribus Ecclesiis reperiri Dignitates seu Officia horum Hospitalium, quæ Hospitaliarum nuncupantur, qui præcipue in Cathedralibus Regularibus reperiebantur, ut hodie extat in Pamplonenfi, & olim erat in nostra Metropoli Cæsaraugustana; & istæ Dignitates absque dubio erant beneficia, juxta communem distinctionem Doctorum assentientium Hospitalia esse beneficia, quocienscumque auctoritate Episcopi instituta sunt, ita ut Rectoribus in titulum perpetuum, vel temporalem conferantur; Clem. quia contingit, §. ut autem, de relig. domib. Gonz. ad regul. 8. Cancel. glof. 5. §. 4. num. 14. Garcia, de benef. 1. p. c. 3. à n. 4. Barbof. de univ. lur. Eccles. lib. 2. c. 10. ex n. 26. & c. 14. n. 65. & in Collect. ad text. in dist. §. ut autem, num. 4. Flamin. pro de relig. benef. lib. 2. c. 14. & sub hæc distinctio procedit Rota, quod Hospitalia quæ dantur in administrationem, non sint beneficia; secus autem ea quæ dantur in titulum: & optime declarat ver. decis. 739. n. 9. p. 1. diversorum: confirmata apud Meritum dec. 169. nu. 5. Fusc. d. c. 13. num. 8. & DD. supra allegati: & in nostris terminis dubium cessat, ex quo quocienscumque beneficia danda sunt in titulum: & habet in eis locum Clemens. unica, de sequest. possess. & fruct. ut latè probat Barb. d. c. 11. ex num. 28. & in his Hospitalibus labe simoniae, & cætera quæ in aliis beneficiis committuntur: idem Barb. ubi proxime ex num. 34. Paris. d. lib. 2. c. 14. num. 4. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. c. 28. nu. 11. Riccius flagrant citandus: ideoque possunt simpliciter, & in favorem restituuntur, ita ut & permutari; idem Paris. ex num. 1. usque ad 6. quæ omnia auctoritate indigent Superioris, ut ex communi probat Paris. lib. 7. qu. 6. & veniunt in reservationibus beneficiorum, ut in exemplo extr. avanganti, Ad regimen, de præsent. Pudent dec. 261. lib. 1. Mohedan. dec. 18. de caus. possess. & propri. Riccius in Collect. 1299. part. 4. & facit fructus suos, Rota dec. 115. num. 2. p. 2. in novissimis diversorum: secus autem est in Hospitalariis, id est Ministris appositis pro hospitalitate ministranda, qui merè laici sunt: & de differrentia ipsorum ab aliis latè Suarez ubi supra, & Rota proxime allegata: & Hospitalia beneficium Regulari præsumitur si à Regulari possideatur, Seculare, si à Clerico seculari: ut latè Penna decis. 1466. secundum Lugdun. impress. ubi plures alia ejusdem cause decisiones enumerantur. Et in his habet locum Regula de Triennali: nam ex eo quod Hospitalia est unitum beneficio, gaudet omni natura beneficii: Garcia d. p. 1. c. 3. n. 1. & 2.

Sed tamen hæc beneficia unam habent prerogativam, quod non veniunt in gratia generali alicujus personæ: ea ratione, ut melius hospitalitati consulari provisione idoneioris ministri: Clemens. quia contingit, §. ut autem, de relig. domib. ubi DD. Garcia, cum pluribus, ex num. 5. & 6.

Hinc etiam Constitutio, seu dispositio Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 8. decernens quod Hospitalia ultraterranum in administrationem dari non possint, non habet locum in his Hospitalibus, ubi Hospitalarius est perpetuus: ut idem tenet Garcia, ex n. 11. usque ad 14. Et hac ratione Dignitas Hospitalarii, cum non sit simplex servitium, debet habere Congruam non solum pro sua sustentatione, sed etiam pro servanda hospitalitate: ut notavit Belletus

disquis. Clerical. p. r. tit. de Cler. debit. §. 15. num. 10. quod intelligendum est nisi Hospitale annuos habeat redditus, & ex ratione cessante legis; *cap. cum cessante, de appellat. cum vulgariis.*

147 In nostris verò dubium non est quin in titulum dentur: Nam quotiescumque in fundatione dictum est, vel quando per electionem illis providetur, tunc in titulum dantur: ad nota in *Clemen. quia contingit, §. ut autem, de relig. domib. Glor. in prag. sancti. §. statuit:* Flami. Parisi. lib. 11. quest. 3. ex numer. 39. ubi ponit modos probandi quando in titulum, & quando in administrationem dantur.

148 Hospitalarius verò 25. annum debet habere completum, si habeat administrationem; ex pluribus *Fulc. d. c. 13. num. 11.* qui tamen Majorum domus, sive Ministrum, quo medio hospitalitas exerceatur, potest habere, qui *Vicedominus*, sive *Oeconomus*, nuncupatur, quatenus possit vel homo spiritibus superveniens recipiendis, vel causis quæ eveniunt expeditur his idoneus & paratus existere: *c. volumus, §. 9. dist. ut in nostra Metropoli Cæsaraugustana observatur.*

149 Si verò scire desideres quando Ministri positi in Hospitalibus cum beneficiis, vel administratione, labem simoniæ incurrant, pacificando, sive aliquid temporale tribuendo? dicas breviter, quod quotiescumque temporale habent tantum administrationem, non committitur simonia, quia nudum officium est: secus verò si spirituale, licet titulus non fuerit perpetuus, sed amovibilis: ex Suarez cum pluribus *d. n. 11.*

151 Sed si hæc Hospitalia destruantur, questio est quid de eis faciendum sit: In quo dicendum est, quod quando jura defuncti habere hospitalitatis, vel est de jure, vel de facto, aut reparabiliter, vel irreparabiliter: si bona sunt destructa, hospitalitas cessat, perditis bonis & fructibus: si verò ex culpa hominum, tunc Episcopus cogere debet eos qui alia tenentur ad instaurationem: ex *Fulc. d. c. 13. n. 9.* de quo etiam vide *Trid. d. c. 8.* destruantur autem sæpe ex communi beneficiorum, per quas bona Hospitaliorum amittuntur, & hospitalitas deperit: ut notavit *Rebuf. in prag. p. 2. tit. de Commend. num. 15.* & experientia docet: *Fulc. num. 22.*

153 Verum ingredientibus peregrinis vel hospitibus, & Hospitaliorum configiantibus ea quæ secum asportant bona, & quaerit an si amittantur, Hospitaliaris teneatur refarcire? In quo breviter responde, relicta questione de Nautis, Cauponibus, vel stabulariis, qui cum ob mercedem hospitia publica habeant, & advenas excipiant, quos verius teneri credo ad restituenda deposita, ut pluribus adductis docet *Fulc. d. c. 13. ex n. 2.* Avendañ. *de exeq. mand. Reg. lib. 2. cap. 8.* quod intelligitur quoad actionem civilem, non verò quoad criminalem, *Cosmas Gumier in pragmat. sanct. tit. de Collat. §. frustra enim, verbo familie, fol. 189.* ubi latè hanc disputat questionem: in nostris verò & aliis Hospitalibus nequaquam. Ratio differentie in eo consistit, quia illi qui ex mercede faciunt, sunt persone suspectæ, ex pluribus adductis ab Avendaño *suprà citato;* isti autem Hospitalarii sunt persone Ecclesiasticæ, bonæ famæ & virtutis, contra quos, vel contra habitantes in Hospitali, nulla potest fraudis suspicio cadere; & ita ex aliqua negligentia, fraude cessante, non teneri verius credo. Quare Caupones tenentur ad restituendum omnia quæ ab hospitibus receperunt, *ff. Nautæ, Caupones, & stabularii, toto titulo, imò actio in factum datur ad duplum, l. unica, ff. furti ad ver. nautas:* quod in Francia non servatur, sed ad simplicium cum damnis & interesse tantum, ut notat *Rebuf. ad Const. Regi. tom. 2. tract. de hospitibus, num. 8.* & tamen recepisse censetur Caupo omnia quæ intra suam domum illata sunt: *l. 1. in fine, ff. Nautæ, Caupo, & stabul. Rebuf. ex num. 9.* ubi plura circa hos notat, quæ omnia transcripsit Avendañus *loc. cit.*

157 Pro qua distinctione nobis tradita facit, quod licet isti pro famulis teneantur, ex *l. unica, vers. Caupo autem, ff. furti ad ver. nau. ubi: Caupo autem præstat factum eorum, qui in ea caupona, eius caupona exercenda causa ibi sunt:* tamen si famulum bonæ opinionis & fidelitatis habent, pro illo

excusatur: ut probat *Rebuf. supra, num. 15.*

Sed si in talibus Hospitalibus aliqua fuerit Capella, in qua fundatum reperitur beneficium, ut in Capella Palatii Archiepiscopalis Cæsaraugustani reperitur beneficium, quod *Sanctæ Theclæ* nuncupatur; id si alicujus prætendatur esse Patronatus, Hospitalarii esse præsumitur: ex doctrina *Felini in cap. Cum venerabilis 37. fallen. 4. de except. Rota decisi. 1120. num. 3.* apud Seraphinum, ubi quod quilibet alia probatio sufficit conjuncta cum hac juris præsumptione.

An verò Regularia hæc Hospitalia, vel secularia esse reputentur? dic quod si fuerint Ecclesiarum Cathedralium Regularium, talia censentur; si secularium, utique Hospitalia secularia præsumuntur: & ex eo quod per virum Regularem se Religiosum gubernent, Regulare judicatur: *Penna decisi. 1446. n. 3. in impressis Lugd. & est dec. 202. par. 1. recent.* de quo etiam vide ea quæ *suprà* notata reliquimus, *num. 143.*

Sed qua diximus idem iudicium faciendum esse in alienatione bonorum Hospitalis, ac in alienatione cæterorum bonorum Ecclesiasticorum, videndum est an Hospitalarii possint cedere jura quæ habent ad hereditatem relictam Hospitali, per renuntiationem? Et licet videatur quod non, ex eo quod non possint cedere nisi prius acquirant, *Raynus consil. 170. col. 2. vol. 1.* tamen contrarium est verius, ex quo illa cessio non est ordinata ad acquirendum, & ad eundem principaliter, sed potius ad renunciandum; & ita illa acquisitio momentanea non est in consideratione, quando ex actu qui fit ad renunciandum sequitur acquisitio; secus autem esset si duo fuissent actus diversi & separati; licet in continentibus fuissent facti: ut de prima parte distinctionis est *optimum consilium Socii 53. vol. 4.* de secundo *Gozzadini consil. 25.* & de utraque ex *pract. DD. illam opinionem amplexa est Rota decisi. 302. n. 3. p. 2. in noviss. divers.*

Insuper Hospitalarius serviens peregrinis, tenetur facere inventarium: juxta dispositionem text. in *Clem. Quia contingit, de relig. domib.* Ad quod per Ordinarium cogi potest: ut optime advertunt *Lapus in tract. de Hospit. num. 32. Imola in d. Clem. num. 18. Rota decisi. 302. n. 3. p. 2. in noviss. divers.*

Potest etiam dati Hospitalarius, qui sit administrator cum officio perpetuo in his Hospitalibus, & non Beneficiatus; quo casu ei minor Congrua assignanda est, quam si beneficiatus haberet; nempe ex Hospitalis bonis: ut declarat *Rota decisi. 714. num. 7. par. 1. diversorum,* quam ita explicat eadem *Rota decisi. 442. nu. 5. tom. 2. in posth. Farin.* Et hic absque dubio in contradictione potest obligari Hospitalis: de quo est *optima Rotæ decisi. 611. per totam, p. 1. in posthum. eiusdem Farin.*

Episcopus verò visitans non potest exigere visitationem ab Hospitalibus, cum hoc sit privilegium speciale, quod limitat Regulam generalem docentem, Episcopo visitantem expensas esse ministrandas: de quo latè *Beller. disquis. Clerical. part. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 1. per totum, præcipue, num. 10.*

Sed & licet plura in principio de origine Hospitalium notaverimus; aliqua tamen post hæc scripta invenimus apud Hieronymum Roman. *tract. de las Republicas del mundo, lib. 4. cap. 4.* ubi agens de Cæmeteriis, in principio, docet verbum illud Græcum esse, variisque habere significationes, de quibus videnda sunt quæ *cap. 26. de Cæmeteriis* nota reliquimus: inter quas, ait *Roman. Cæmeterium* apud Græcos fuisse locum ubi peregrini hospitabantur: mos enim erat apud Cretenses habendi domos publicas magnas, ubi peregrinis è longinquis venientibus partibus omnia quibus opus habebant ministrabantur: & illæ domus *Cæmeteria* appellabantur, teste *Athenæo lib. 4.* quem sequitur *Roman.* Unde Christiana pietas edocta, sicut hospitia pro peregrinis è longinquo venientibus Græci fabricabant, ita hospitia pro mortuis fabricare cepit, ex rationibus de quibus *sup. in d. c. de Cæmet. lacius* disputatur, præcipue *num. 30.*

Idem etiam notavit antiquitatum diligētissimus in-

dagator Cardinalis Baronius *Anno Christi 968. n. 87. tom. 9.* cujus verba apponere libuit, quia non solum circa eandem rem, verum circa inhospitalitatem Episcoporum Græcorum invehit, ex Legatione Nicephori ad Imperatorem Othtonem; *apud Vntib. lib. 3. in fine ipsius, verbis enarrat his: Octavo idus Decembris Leucathem venimus, ubi ab Episcopo ipsius loci Eunuchus, sicut & ubique ab aliis inhumanissime suscepti, & trallati sumus. In omni Græcia, veritatem dico, non mentior, non reperi Hospitales Episcopos: divites sunt, pauperes sunt: divites aureis, quibus plena luditur arca; pauperes sine ministris seu senibus, soli mensæ assident nudæ, pacimatium sibi apponentes, balneaque, tum vinum permadicum non bibentes, sed forbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt: ostia ipsi claudunt, ipsi aperunt; ipsi captivi, ipsi agones, ipsi caupones: sed ita caupones volens scribere, verum res ipsa, quæ vera est, veritatem etiam nolentem compulsi scribere: dicimus enim, quia capones sunt Eunuchi, quod Canonicum non est; sunt & Caupones id est Thæbarnarii, quod contra Canones est, quorum Incipit & claudit cænam lactuca tenacem; Claudereque & cænas lactuca solebat avorum. Felices eos, si paupertatem Christi hæc imitaretur, pauperes iudicarem: facit hoc asper nummus, & auris sacra fames. Verum parcat illi Deus. hoc eo illos puto facere, quoniam eorum Ecclesia sunt tributaria. Leucathensis mihi curavit Episcopus quotannis Ecclesiam suam debere Nicephoro aureos centum persolvere: similiter & cæteras, plus, minusve secundum vires suas: quod, quam mihi quæ sit, sanctissimi patris nostri Ioseph Alæa demonstrant, quia cum Ægyptum totam famis tempore, tributariam Pharaonis faceret, Sacerdotum terram à tributo liberam esse permisit. Dicant ergo Episcopi hospitales esse, ne famam Græcorum talem de se relinquant; dicant etiam divitias non sibi esse subditiorum re familiari applicare, de quibus omnibus, & de emendatione Episcoporum Græcorum, & quomodo liceat habere, & expendere divitias, videndum Dadinis dissertationem *Iuris Canonici lib. 4. cap. 1. per totum.* Si verò scire cupias pro notatione istius Episcopi, qui Eunuchus erat, an Eunuchi apti sint ad Dignitates? negativè respondendum est: & plura de perverfa eorum conditione, vide *Bobadillam in Politica lib. 1. c. 8. n. 8. vers. finali.**

170 Current ergo omnes de pauperibus & peregrinis in Hospitalibus, & Nofcomis aledis, infirmisque curandis: ex ea enim cura Neapolitana civitas devotissima, fuit gloriosissime postea reedificata, amplissimisque ædificiis aucta, & totius orbis celeberrima, non alia de causa quam ex cultu divino in psallendo, & Hospitalium cura, quæ usque in hunc diem perseverat: teste Baronio *Anno 872. nu. 14.* ex Heremberto illorum temporum scriptore, cujus verba refert & ponit inter alia, quod quoniam civitas hæc, civitas misericordie est, & pietatis, hincinde vallata omni bonitate: & plura de regimine Hospitalis, vide apud *Paleotum in Archiepiscopali Bononiæ. 5. part. cap. 5. §. 8. ex fol. 396.*

CAPUT XXVIII.

De Seminariis Ecclesiarum Cathedralium.

SVMMARIVM.

Scientia mater virtutum, 1.
Ignorantia mater errorum, 2.
Studium confert ad reformationem morum, 3.
Scientia sublata, tollitur ratio vite, 4.
Ignorantia intolerabilis, 5.
Scientia necessaria ad spirituale & temporalem administrationem, 6.
Illustrati repelluntur ab Episcopatibus, 7.
Simplicitas, stultitia appellatur, 8.
Literati à vitis abstinerere præsumunt, 9.
Literatis viris Ecclesia nungit, ubi plura in laudem eorum, 10. 12. 13. 14.
Ex viris literatis innumera bona Reipublica oriuntur, 11.

Studiorum causa est utilis Ecclesie universali, 12.
Sua aorum causa potest Episcopus contra ius dispensare, 13.
Scientia orbem terrarum illuminat, 14.
Magistri publica impensa ubi constituti? & quomodo, 15.
Sua publica quando inceperint? & ubi, 16.
Facultas publice legendi Doctoribus quare concessa, 17.
Impedire lectionem, est contra bonum publicum, 18.
Studiorum differentia, 19.
Ratio instituti seminaria, 20.
Clericatus dignitas ex doctrina quantum incrementum accipiat, ibid.
Antiquitas Seminariorum, ibid.
Curati obligatio circa eruditionem plebis, 21.
Ortiſtas venientem Reipublica, 22.
Ortiſti diſſipant civitates, 23.
Educatio Iuvenum primis seculis quibus fuerit commendata, 24.
De Scholis variarum Religionum, 24. 25.
Seminarium celebre S. Caroli Mediolani erectum, 26.
Beyerlinch, Seminarium Antuerpiensis Magistris, 27.
Seminarii erigendi causa, 28. 55.
Natura ad malum prona, 29.
Juventutis educande cura maxima, 30. 33.
Iuvenes maxima egent custodia, 31.
Educatio Iuvenum, tanquam camentum domus, 32.
Seminarii verbum de studiis particularibus intelligitur, 34.
Schola verbum varios habet significatus, 35.
Schola pie Religio remissio, 36.
Cura Iuventutis educande antiqua, & apud quas gentes, 37.
54.
Hispania seminaria prima, 38.
Romanorum Collegium seu Seminarium, 39.
Educatio diversa mirabile exemplum, 40.
Seminaria plura quando potest erigere Episcopus, 41.
Scientia in maioribus Civitatibus legi debent: & quare, 42.
Seminaria quomodo erigenda, 43.
Qualitates Neapolitani & Tharsensis Gymnasii celeberrimi, 44.
Vbi edificanda Seminarium, 45. 48.
Quibus magis Seminarium ad sui constructionem, 46.
Scholares quando introcendunt, 47.
Seminarium potest poni in domo condacta, 49.
Quando dicitur erectum, ibid.
Magistri & Scholares quando ponendi in Seminario, 50.
Magistri bonis positus, boni Scholares evadunt, 51.
Magistrorum mores & vita Discipuli imitantur, 52.
Quid edocendum sit in Seminarium, 53.
Educatio bene utilitates, 56.
Qualitates puerorum recipiendorum in Seminario, 57.
Cura educationis bene propria Episcoporum, 58.
Educatio filiorum, & aliorum puerorum quomodo ponenda, 59.
Scqq.
Quam meritoria apud Deum, 60.
De liberorum educatione qui scripserint, 61.
Studia litterarum ad subditos erudiendos spectant ad officium Episcoporum, 62.
Admens studia, alimenta denegare dicitur, 63.
Pauperum eruditio ad curam Episcopi pertinet, 64.
Ætas duodecim annorum velut cera, & alia de hac ætate circa educationem, 65.
Illegitimi quibus in locis pro filiis non habentur, 66.
Et ubi civium numero non numerabantur, 67.
Pater de Iure Civili non tenetur alere filium illegitimum, 68.
Mater tenetur illegitimum alere, 69.
Alimenta debentur illegitimo de Iure Canonico, 70.
Item de Iure Civili novo, 71.
Illegitimi quare in Seminaris non admittantur, 72. & seqq.
Illegitimi Clericatus incapaces, 73.
Illegitimo non debet imputari peccatum parentis, 74.
Pater punitur in filio illegitimo, quare, 75. 77.
Malitia parentum filio quoad Deum non nocet, 76.
Bonitas filii malitiam non excusat parentis, ibid.
Filius punitur in temporalibus pro delicto patris, secus in spiritualibus, 77.
Filiis quo casu alimenta denegantur in detestationem delicti paterni, 78.
Illegitimi non solent esse bonæ indolis, 79.

Malam non tolerans testimonium perhibet contra se quod bonus non est, 300.
Zelus qualis esse debet, ibid.
Propter malos non sunt deferendi boni, 301.
Seminarium quomodo sustentandum, 302.
Omnia, que ad alendos pueros sunt destinata in loco, Seminario applicantur, ibid.
Episcopus ex quibus bonis portionem pro sustentatione deducere valeat, & qui eam solvere tenentur, 303.
Reparatio Ecclesiarum quo ordine fieri debeat in expensis, 304.
Quod omnes tangit ab omnibus succurri convenit, 305.
Quando omnes tangit ut singulos, 306.
Utilitas Seminariorum probatur, 307.
Exempti contribuere tenentur pro Seminario, 308. 314.
Nulli eximuntur nisi qui a Concilio excipiuntur, 309.
Cardinales contribuere tenentur, 310.
Beneficia Diocesis licet habeat bona extra eam, tenentur, 311.
Episcopus contribuere tenetur, & quare, 312.
Quas expensas subministrare tenetur Seminarium, 313.
Mendicantes excusantur a contributione Seminarium, 314.
Qui intelliguntur nomine Mendicantium, 315.
Patres Societatis Iesu, & alii, excusantur, 316. & seqq.
Item Minimi S. Francisci de Paula, ibid.
Servite, ibid. & 332.
Iesuati, ibid.
Carmelites item discolcati, ibid.
Opinio negativa proponitur, 317.
Affirmativa, 318.
Defenditur eos teneri, 319.
Seminaria pro se habent regulam, & ideo debent preferri, 320.
Regulares non se possunt tueri titulo suorum privilegiorum, 321.
Privilegia istorum sunt ad instar Mendicantium, 322.
Natura privilegii ad instar, 323.
Privilegium ad instar, quando non comprehendat id quod in principalibus continetur, 324.
Concessio privilegii Episcopali, Abbati, non conceduntur ea que sunt Ordinis Episcopalis, 325.
In privilegio generali communicationis non comprehenduntur exorbitantia, & que raro conceduntur, 326.
Nec se extendit ad ea que de facili concedi non solent, qualis est derogatio Concilii, 327. & seqq.
Derogatio Tridentini expressa requiritur, 328. 330.
Religiones habentes privilegium Mendicantium quare non sunt exempta a contributione Seminarium, 329. 331.
Concilium generalibus antiquis, quibus clausulis derogatum censetur, esse solum Tridentino non derogatur, 330. 334.
Declaratio Bulla Pii V. de privilegiis Mendicantium, 331.
Frustra precibus impetratur quod de iure communi conceditur, 332.
Moniales non participant privilegia Mendicantium, 333.
An privilegia ad instar concessa alicui Religioni, alteri communicentur, si prioris Religionis privilegia augeantur, vel minuantur, 335.
Tridentini decreta clausulam habent irritantem, 336.
In omnibus decretis repetita censetur, 337.
Decretum irritans vim habet annullativam gratie, etiam in Motu proprio, 338.
Decretum Conciliare afficit Papam donec annullat decretum irritans in eo contentum, 339.
Decreto irritantiquando derogatum censetur, 340.
Pii V. decretum circa declarationem participantium privilegia Mendicantium declarat, 341.
Decretum sessionis 25. cap. ult. Tridentini expenditur, ibid.
Ratione lectionis Grammaticae in domibus Regularibus non excusantur a contributione, 342.
Ex communicatione privilegiorum, omnia concessa uni Religioni alii sunt communia, 343.
Sed non ea que operantur in preiudicium Tertii, ibid.
Generale privilegium Exemptionis seu communicationis non comprehendit ea que iure speciali excepta sunt, 344.
Canonicus absens ex privilegio non percipit distributionem, 346.
Privilegium concessum Monasterio pauperi non extenditur ad divitem, 346. & 348.
Qui Mendicantes ex privilegio appellantur, & quare, ibid. & 347.
Mendicantes hodie habent privilegium possidendi bona, 348.

Milites S. Iohannis Ierosolymitani quo casu contribuere tenentur pro Seminario, 349.
Tridentinum Concilium suscipit, 350.
Favorabilis est dispositio Conciliaris etiam si damnus Tertii sequatur, & quare, 351.
Privilegium communicationis est exorbitans, & ideo ut minus ladedat intelligendum, 352.
Regulares venientes solvere Seminario an possint cogi ab Episcopo sub censuris, 353. & seqq.
Affirmativa probatur, 354. & seqq.
Episcopus potest procedere per censuras contra Regulares ex desectu administrationis Sacramentorum, 355.
In contributione Seminarium Regulares submittunt Episcopo, 356.
Causa commissiva plene, iurisdictioni tribuitur censurandi, 357.
Alius modus possibilis procedendi non tollit facultatem censurandi inobedientes, 358.
Plenum dominum quod dicitur, 359.
Plenum & absolutum quod dicitur, 360. ubi varia exempla.
Verbi gratia non distinguitur non est distingendum, 361.
Lex generaliter loquens generaliter est interpretanda, ibid.
Precipue si de facili aliud exprimi possit, 362.
Concessio scripto contra Regulares Index sub censuris procedere potest, 363.
Iurisdiclio sine coercitione nulla est, 364.
Delegatus sicut delegans censuris procedere potest, 365.
Interdictio procedendi per censuras contra Regulares tolleret representationem delegantis, 366.
Ratione contumacia Index civilium causarum potest criminaliter procedere, 367.
Privilegia habent Regulares quod non possunt excommunicari, 368.
Quando sleant hac privilegia, 369.
Regulares ex quibus bonis contribuere tenentur pro Seminarium, 370. & seqq.
Regulares pro beneficiis unitis post unionem effectuatam contribuere debent, 371.
Contraria sententia respondetur, 372.
Declarationibus sacre Congregationis quare standum sit, etiam si non constet an sint authentica, 373.
Consuetudo de loco ad locum non extenditur, 374.
In contributione que ratio habenda sit, 375.
Fundationes Missarum & Oblationis contribuere non debent, 376.
Abbas potest erigere Seminarium? & sub qua formula, 377.
Hoc casum non tenetur contribuere pro novo edificato, 378.
Beneficia Regularium contribuere tenentur, 379.
Item Ecclesia Regularis que non sunt de mensa Monasterii, 380.
Confraternitates laicorum solvere debent, etiam si fundate fuerint in Monasteriis Regularium, 390.
Episcopus hoc casu potest taxare bona pro contributione, 391.
Seminaria Societatis Iesu non gaudent his privilegiis, 392.
Moniales contribuere tenentur pro Seminario ex beneficiis unitis, etiam si privilegia habeant Mendicantium, 393. & seqq.
Moniales non comprehenduntur verbo Mendicantium, 394.
Moniales quomodo gaudent privilegii Fratrum, 395.
Clemen. 1. de priv. non comprehendit Moniales, 396.
Exempta an sint a solutione Decimarum, Gabelle, & contributionum, 397.
Si non habent beneficia unita non tenentur contribuere, 398.
Ordines Militares contribuere tenentur, Ordine S. Iohannis excepto, 399.
Hospitalia contribuere tenentur pro beneficiis unitis, 400.
Licet sint alterius Diocesis, 401.
Non tamen Hospitalia Laicorum bonorum, 402.
Taxa contributionis quomodo faciendae, 403.
Solutum a Titularis pro Seminario potest retineri a Pensionario beneficii, 404.
Idem procedit in personibus, 405.
De quibus bonis faciendae sit contributio, 406. & seqq.
Ex distributionibus nihil solvendum, 407.
Nomine proventuum, & reddituum, quando comprehenduntur Distributiones, 408. 410.
Mensa Capitularis distincta a Distributionibus, 409.
Necessaria sustentatio Beneficiarii detrahenda ante contributionem, 411.

In qua Quarta taxanda est contributio, 412. & seqq. 416.
Episcopus, & duo Adiuncti eam taxationem facere debet, ibid.
Taxa antiqua beneficii que intelligatur, 413.
Taxa debet in libris Decimarum annotari, 414.
Quando Episcopus potest eam augere, 415.
Contributio taxae potest imponi pro fabrica & instauracione domus, etiam si pueri ibi non fuerint, 416.
Ad contributionem proceditur executive, appellatione remota, 417.
Anticipate debet exigi contributio, 418.
Succesor in beneficio non tenetur solvere quod antecessor ex negligentia non solvit, 419.
Taxa ante erectionem Seminarium fieri non debet, 420.
Contributio quantum durare debet, 421.
Unio beneficiorum Seminario facta, minuitur contributio, 422.
Episcopus nolens minuire compellitur hoc casu, 423.
Episcopus potest unire beneficia pro Seminarium, 424.
Ad unionem requiritur ut Seminarium erectum sit, 425.
Item quora taxationis de omnibus beneficiis, 426.
Item instare debet necessitas pro alimentis Scholarium, 427.
Seminarium non faciunt parietes, sed Scholares, 428.
Erectio Seminarium sufficit, licet fabrica non fuerit absoluta, pro unione faciendae, 429.
Etiam si Magistri, & Scholares habitent in domo conducta, 430.
Dammado sumus non adfert fraudis, 431.
Dispositio potest ad favorem futuri Collegii, vel Ecclesie, 432.
Ad favorem futuri Seminarium, e contra; & quare? 433. & seqq.
Non entis nulle sunt qualitates, 434.
Privilegium non datur rei, que non fuit, 435.
Idoneitas Magistrorum & doctri. Dominicane familie, & Societatis Iesu, 436.
Privilegia Societatis Iesu comprehendunt futura Collegia, & quare? 437. & 439.
Privilegia ad res futuras trabuntur, 438.
Ad favorem futuri Seminarium uniri possunt beneficia etiam cessante fraude, 440.
Declaracionem S. Congregationis auctoritas ex Rota, 441.
Dum Seminarium erigitur uniones fieri debere, & quomodo intelligendum, 442.
Homo statim productus exigit unde vivat, & quarit cibum, 443.
Uniones facile pro fabrica Seminarium pro longum tempus non proficua, nulle sunt, 444.
Et beneficia unita tanquam vacantia possunt imperari, & conferri, 445.
In unionibus quare Episcopi non debent opiniones probabiles sequi, sed certas & indubitabiles, 446.
Papa potest unire beneficia futuro Seminario, 447.
Unio futura Seminarium favorabilis est, 448.
Non revocatur per novam Regulam Cancellarie, 449.
Uniones esse Ecclesie damnosas, non applicatur hic, 450.
Seminarium non potest manentem esse unione facta futuro, etiam si postea erigatur, 451.
Secus autem est si nomine Oeconomi capiatur possessio, 452.
Ratio differentie, 453.
Manentio datur de beneficio licet Ecclesia non sit constructa integraliter, 454.
Manentio in hac unione sicut in aliis datur, 454.
Unio fieri potest, etiam si nondum fuerint pueri introducti, casu quo Episcopus de sua mensa provideret de omnibus, 455.
Beneficia simplicia uniri possunt pro Seminario etiam si affecta sint vel reservata, 456.
Etiam beneficia regularia que tamen Cathedralibus uniri non possunt, 457.
Item possunt uniri ea, quorum collatio ex concordia spectat ad Episcopum, 458.
Unio fieri debet specificae; & generica non sufficit, 459.
Primo vacatur uniri possunt, 460.
Omnia beneficia non possunt uniri, 461.
Speciata ad collationem inferiorum non possunt uniri, 462.
Nec plura alia, 463.
Litigiosa beneficia uniri non possunt, 464.

Aliud est beneficium reservatum, aliud litigiosum, 465.
Clerici Camera non tenentur contribuere pro Seminario ex beneficiis ab ipsis obtentis, 466.
Beneficia reservata, & alia ante vacationem possunt uniri, 467.
Quando unio sortitur effectum, 469.
Beneficia promoti ad Episcopatum non possunt uniri, 468.
Episcopo nolente unire beneficia in suis mensibus vacantia, alia uniones ab ipso facte non valent, 470.
Unio non impeditur per impetrationem, & resignationem, 471.
Unio quia forma fieri debeat, 472.
Episcopus non tenetur sequi consilium Deputatorum in unione, 473.
Consensus quando requiritur, an precedere debeat, 474.
In unione hac, an sit opus citare possessorem, 475.
Non est opus ad unionem ut sit facta taxa beneficiorum, 476.
Formam sufficit impleri per equipollens, 477.
Unio hac non includitur in Regulari Cancellarie, 478.
Uniones facte pro Seminario an possint dissolvi ab Episcopo, 479. 491.
Qui potest unire potest dissolvere unionem non inferior, 480.
Uniones pro Seminario, licet facte ab Episcopo, Papales reputantur, 481. 491.
Non possunt dissolvi ex parte cause, 482.
Unio fieri non potest nisi stante necessitate sustentationis, 483.
An uniones facta sine consilio Deputatorum sit nulla, 484.
Consilio requisito a lege, deficiente eo alius est nullus, 485.
Sed potest suppleri per equipollens, 486.
Uniones ha quando sortiantur effectum, 487. 491.
Beneficia unita quomodo possint resignari, 488.
Resignatione nulla existente, non abdicatur ius arresignante, 489.
Effectus unionis non tollitur per Papa provisionem nisi facta mentione unionis, 490.
De unione hac facta ab Episcopo est petenda confirmatio Apostolica, 491.
Quando uniones ha dissolvantur, ibid.
Ob non perceptionem fructuum quo casu amittatur unio, 492.
Portio debita pro Seminario unius Diocesis an sit solvenda unio Seminario alterius, 493.
Contributio Seminarium durat donec uniones sortiantur effectum, item minuitur, respectivo, 494.
Cessante causa cessat effectus, 495.
Etiam favore pia cause, 499.
Datur ex causa, ea cessante revocatur, 496.
Privilegium concessum ex causa ea cessante revocatur, etiam si concedens ex alia causa possit concedere, 497.
Superveniente nova causa quando revocetur privilegium, 498.
Episcopo negligente facere uniones solvere debet de proprio taxam correspondentem, 500.
Episcopo negligente erectionem vel conservationem Seminarium, appellatur ad Superiorem ad quem devolvitur omne ius, 501. 509.
Secus autem si ob causam non erexerit Seminarium, 510.
Appellatio non datur, cum ex causa aliquid omittitur, 503.
Computa Seminarium quomodo danda, 504.
Administratio bonorum ad solum Episcopum spectat, 505.
Dominium auctoritativum ad Episcopum pertinet, Ministeriale ad Ecclesiasticum, providentiale ad Laicos, 506.
Dominium Ecclesia ab Ecclesiasticis spectantibus exemplum in Archidiacono Cesar Augustano in Ecclesia B. Maria del Portillo, 507.
Scholastici, & alii Magistri per se vel per idoneos Ministros legere debent in Seminarium, 508.
Que Scholastrie excipiuntur, 509.
Scholastica quare insituta, 510.
Scholasticus nomen apud veteres pro viro erudito usurpat, 511.
Cathedrali Ecclesia non valente propter paupertatem Seminarium erigere, quid faciendum, 512.
Duo vel plura Seminarium quando erigenda, 513.
Qua forma, 514.
Educatio puorum est proprium munus Episcopale, 515.

Solent imitari vitia paterna, 80. 83.
 Illegitimi a Magistratibus removendi, 81.
 Malitia parentum inducit presumptionem contra filios, & e contra, 82.
 Nasci ex adulterio culpa est parentis, non filii, 83.
 Legitimitas per subsequens matrimonium an possint admitti in Seminario, 84.
 Sunt legitimi quoad omnia, ibid.
 Non tamen de legitimo matrimonio nati, 85.
 Ratio Concilii excludendi illegitimos, obstat etiam Legitimitatis, 86.
 Filius conceptus ex damnato coitu, natus post contractum matrimonium, potest admitti, 87.
 Ad effectum legitimitatis an attendatur tempus natiuitatis, vel conceptionis, 88.
 Odiu refringi, fauores conuenit ampliari, 89. 90.
 Precipue quando lex cadit super precepto negativo, 90.
 Conceptus ex incestu, natus post obtentam dispensationem, & matrimonium contractum, legitimus reputatur, 91. 92.
 Ins Canonico mitius indicat quam Ius Civile, 92.
 Filii nati in figura matrimonii an exclusi censentur a Seminario, 93.
 Nati ex matrimonio publice contracto, legitimi sunt, dummodo ante sententiam divorcii concepti fuerint, 94. 95.
 Admittuntur ad Clericatum absque dispensatione, 95.
 Nati ante sententiam nullitatis matrimonii iisdem gaudent privilegiis, 96.
 Per litem hanc nullitatis matrimonii non suspenditur usus conjugalis, 97.
 Nec post sententiam appellacione pendente, 89. 101.
 An possint admitti filii quorum parentes in celebratione matrimonii deliquerunt, 99.
 Vel cum impedimento contraxerunt, 100.
 Tex. in l. ult. C. de Liberal. caul. interpretatur, 101.
 Causa status dependet a sententia, causa vero legitimitatis e contra: & quare? 102.
 Filii nati ex ancilla cum qua postea scienter contrahitur, legitimitantur, 103.
 Expositi an admittantur in Seminariis, 104. & seqq.
 Sunt capaces Ordinum & Dignitatum, 105. Contra, 112.
 Expositi censentur legitimi ex variis exemplis, 106. Contra, 117.
 Expositi ad Hospitale non reputantur illegitimi, 107. & 117.
 Thebanorum lex circa infantes expositos Capitaletm poenam imponens parentibus, 108.
 Hospitalia quare recipiunt infantes expositos, 109.
 Expositi capaces obtinendi Dignitates etiam in Ecclesiis ubi vigent statuta puritatis, 110. & seqq.
 In dubio quis presumitur natus ex antiquis Christianis, 111.
 Illegitimi quomodo puniantur in patre, 112.
 Legatum relictum pro maritandis puellis alicuius loci, potest dari expositis, 113.
 Si tamen exposita concurrat cum legitima, hac preferenda est, 114.
 Legitimus omnis in dubio presumitur, 115.
 In proli favore in dubio iudicandum, 116.
 Expositio infantis repugnat legitimitati, 117.
 Sed contrarium experientia docet sepius, 118. 119.
 Satus est impunitum relinquere facinus, quam innocentem damnare, 120.
 Dubio stante inter plures quis fuerit occisor, nullus irregularis reputatur, 121.
 Differentia admittendi ad Ordines, illegitimos, & ad Seminaria, 122.
 Regula, quod in dubio tutor pars est eligenda, quomodo intelligatur in Irregularitate, &c. 123.
 Primo de dubio pratico, 124.
 Secus si dubitatur opinando, 125.
 Dubia in meliorem partem interpretanda, 126.
 Et in meliorem partem presumendum, 127.
 Dubius de Irregularitate quando pro Irregulari segerere debeat, 128.
 Pro expositis quomodo expediantur dispensationes, 129.
 Dispensatio non probat impedimentum, & quare, 130.
 Bani reproborum circa Ordines Expositorum, 131.
 Pueri minores duodecim annorum quare non admittantur in Seminario, 132. 141.
 Minores Ordines ante 14. annum non possunt recipi, 133.
 Pueritia qualitas, & etas, non est apta pro Seminario, &

quare, 134. 137.
 Adolescentia etas, & qualitates, 135. 137.
 Adolescentia apta ad discendum, 136.
 An sit etas prudentia, 137.
 Pueritia & adolescentia etas quo tempore incipiat, 138. 142.
 Infantia quando terminatur, 139.
 Iuventus quando incipiat, 40.
 Christus Dominus quare duodecimo anno non docens, sed sedens in Templo iuuentus sit, 141.
 Preceptum Confessionis annua quando obliget pueros, 142.
 Adolescentia pro iuuentute sepe sumitur, 143.
 Adolescentia mali mores quomodo refranandi, remissioe, 144.
 Legere & scribere cur scire debeat admittendi in Seminariis, 145.
 Inoles bona & spes addiscendi in Seminariis requiritur, 146.
 Ediscendi voluntas ex quo cognoscatur in pueris, 147.
 Admittendi ad primam Tonsuram qualitates, 148.
 Legere & scribere sufficit scire idiomae paterno, 149. 151.
 Quid ad primam Tonsuram, 150.
 Intelligentia Latini sermonis in Latino, & Graeci in Graco Clerico sufficit, 151.
 Legere & scribere scire tenentur Ordinandi ex vi precepti, 152.
 Omnino illiterati sunt irregulares, 153.
 Iuventus ex se malos mores producit, 154.
 Mores dispares dispartia studia sequuntur, 155.
 Ex mala societate mores aequales, 156.
 Educatio quantum proficiat ad bonos mores comparandos, 157.
 Ade peccatum ex societate peruenit commissum, 158.
 Plura alia exempla ex mala societate peccantium, ibid.
 Pauperes gratis docendi, 159.
 Paupertas amara sapientia, 160.
 Pauperes quare meliorem studii operam dent, 161.
 Pauperes quando diuinitus preferendi in beneficiis, 162.
 Paupertas quomodo dicatur in presenti, 163.
 Pauperum privilegia non suffragantur pauperi malis moribus imbuto, 164.
 Paupertas, in opia, mendicitas, penuria, & egestas, quomodo differant, 165.
 Paupertas, & inopia, quando differant inter se, & quomodo sumantur, 166.
 Paupertas arbitrio Episcopi relinquatur pro admittendis ad Seminaria, 167.
 Paupertas in quam pater sua culpa incidit an noceat filiis pro admisione ad Seminarium, 168. & seqq.
 Culpa non pro coordinata ad causam non nocet, 169.
 Ei qui in paupertate sua culpa incidit quando succurrendum est, 170.
 Paupertas vera prodest, non affectata, 171.
 Pauperes bonorum morum sepe Ecclesia elegit sibi Pastores, & Episcopos, 172.
 Pauperum laudes remissioe, 173.
 Inter pauperes, quis est preferendus, 174. & seqq.
 Pauperior quis dicatur, ibid. & 178.
 Paupertatis qualitates circa electionem pauperis, 175.
 Electus ad distribuendum non tenetur eligere digniorem, 176.
 Legatum relictum pauperi debetur uagis pauperi, 177.
 Posita paupertate ex iustitia eligi debent ad Seminarium, 179.
 Pauperior quando potest omitti, & eligi pauper, 180.
 Filius pauperis cuius pater ad pinguiorem deuenit fortunam, an expellendus sit a Seminario, 181.
 Qualitas adiuuata verbo debet intelligi secundum tempus verbi, 182. & 185.
 Delata pars mulieri pauperi non auferitur ei diuini scilicet, 183.
 Habilitas in beneficiis libus de tempore presentationis, non vero collationis requiritur, 184.
 Qualitas adiuuata verbo non intelligitur secundum tempus verbi, quando habet tractum successum, 185.
 Precipue si qualitas expressa fuerit per modum demonstrationis, 186.
 Qualitas noua adueniens enti, ipsum qualificat, 197.
 Alimenta accepta a Seminario diuini factus restituere non tenentur, 188.
 Quod secundum leges factum est ex alia lege non debet retrahari, 189.

Quomodo intelligatur, 190.
 Pauperes quomodo expensis Seminarij atendi, 191.
 Pauper quis dicatur ad Seminarium & alia: 192. & seqq.
 Diuinitus filius pauper non est, 193.
 Paupertas in admisione, Episcopi arbitrio relinquatur, 195.
 Pauper an dicatur externis fruentis, & internis carens bonis, 196.
 Diuites quomodo admittendi ad Seminaria, 197.
 Romani sex Optimatum filios ad sex Etruria populos mittebant, ut auguralem scientiam discerent, 198.
 Diuina puerorum quomodo faciendi ab Episcopo, 199.
 Habitus Seminarij in quo incidere debent pueri, 200.
 Clerici prima Tonsura exemptio circa Iurisdictionem, 201.
 De consuetudine, e contra, 202.
 Quid de Iure nouo Tridentini, 203.
 An privilegio fori possit renuntiari, 204.
 Privilegio Ordinis Clericalis non potest renuntiari, 205.
 Nec privilegio Seminarij, 206.
 Seminarij an gaudeant privilegio fori, 207.
 Coronam non deferentes non gaudent privilegio fori, 208.
 Dimittentes Seminarij habitum quando amittant fori privilegium, 209.
 Dimittens habitum, vel non deferens ex iusta causa, an eo privilegio gaudeat, 210.
 Grammatica definitio, 211.
 Eius laudes, & quando edoceri incipit, remissioe, ibid.
 Grammatica vsus ad mares, 212.
 Grammaticorum & Scribarum officium in Lege veteri, 213.
 Grammatica vsus utilis ad scientiam Scripturarum, 214.
 Quare precipitur lectura Grammatica, ibid.
 Computi Ecclesiastici utilitas circa officii recitationem, 215.
 Utilitas lectiois sacrae Scripturae, & damna lectiois librorum profanorum, 216. & 217.
 Libri mali qui sine postulo legi, 217.
 Sacra Scriptura uita est Doctis, idiotis ingulata, 218.
 Sinceritas in Magistro circa explicationem sacrae Scripturae, 219.
 Lectio Ecclesiastica propria sacrae Scripturae: 220.
 Quomodo interpretanda, 221.
 Parochus quomodo tenetur sacram Scripturam exponere, 222.
 Concionatores quomodo dicantur adulterare Scripturam, 223.
 Quales adhibendum remedijs, ibid.
 Malorum Predicatorum damna, 224.
 Librorum profanorum utilitates, & damna, item prohibitio, ibid.
 Libri Ecclesiastici quales sint, 225.
 Et quos Ecclesiastici legere debent, 226.
 D. Hieronymus quare castigatus ob lesionem librorum profanorum, 227.
 Intexere an liceat lesionem sacram cum profana, 228.
 Pueri quomodo imbuendi literis, 229.
 Pueri quomodo erudiendi, ne quando ad mediocrem deuenierint atatem, canthem imitentur, 230.
 Iuvenes qua de causa inter senes in Concilijs miscendi, 231.
 Prilus est iuuenes cum senibus inter Magistratus misceri, quam senibus in totum uti, ibid.
 Post lesionem experientia utilitas, 232.
 Filios edoceri non curans castigatur a Domino, 233.
 Scientia utilitas circa decisionem causarum, 234.
 Adolescentia educatio non in desidia sed in laboribus fieri debet, 235.
 Librorum lectio in Seminariis arbitrio Episcopi relinquatur, 236.
 Quales eligendi, ibid.
 Exercitia virtutis quibus Seminarijse uti debent ponuntur, 237.
 Male uiuendo, & bene dicendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare, 238.
 Scientia vera est per quam Christus inuenitur & noscitur, 239.
 Qui secularem tantum scientiam intendit, in vanitate ambulat, 240.
 Prudens sine vera scientia, stultus est, 241.
 Deuotionis erga sacrosanctum Missae sacrificium miracula, 242.
 Confessionis & Communionis frequentia, 243.
 Communionis frequentia arbitrio confessori remittenda, 244.
 Frances de Eccles. Cathedr.

Iuuenes quibus condicionibus educandi, 245.
 Virtutes, & precipue castitas, ex frequentia confessionis & communionis acquirantur, 246.
 Castitas propria uirtus Clericorum, 247.
 Literarum studium sic ordinari debet ut anima cura non impediatur, 248.
 Manus Clericorum in quo consistat, 249.
 Assistentia in Ecclesia non solum nos replet bonis spiritalibus, sed etiam temporalibus. Exemplum rarum, 250.
 Laudator securus est ubi non timetur ne de laudato erubescat, 251.
 Occupatio studiorum non debet retrahere ab exercitijs circa proximorum salutem. Exemplum proponitur, 252.
 Magistri debent honorari a discipulis, 253.
 Imperium Magistrum in discipulos, 254.
 Frustra discipulus absque Magistro, 255.
 Magistri qualitates, 256. & seqq.
 Per humilitatem nimiam in regendo frangitur autoritas, 257.
 Magistrum fieri eum, qui sufficiens scientia non est praeditus, periculosum: precipue in spiritalibus, 258.
 Aetati discipulorum conuenientia edoceri debent, 259.
 Discipuli debent Magistros diligere, 260.
 Amor discipuli multum prodest ad discendum, 261.
 Cum uno proficit Magistro, qui cum alio operam perdit, 262.
 Magistri moribus & facinorae excellere debent, 263.
 Eos bonam conuersationem habere oportet, 264.
 Magistri boni, bona mercede inueniuntur, 265.
 Honor Magistrum ex bonis discipulis: 266.
 Quomodo Magistros bonos habeat Episcopus, ibid.
 Episcopus an cognoscere, inquirere, & castigare possit doctrinam Magistrorum: Et quid si ad tribunal sancti Officii pertinet propositio, ibid. 266.
 Episcopus in arduis consilijs Capituli exquirere debet, 267.
 Episcopus est Caput; Capitulum uero membra, 268.
 Episcopi & Capitulo commissione data, Episcopi uotum tantum ualet, quantum Capituli, 269.
 In rebus communibus Episcopus plenam habet administrationem, 270.
 Nec consensus Capituli requiritur, 271.
 Ad Episcopum pertinet administratio communis, 272.
 Adiuuati pro administratione Seminarij quomodo eligendi, 273.
 Episcopus non tenetur sequi consilium quatuor Deputatorum, 274.
 Gesta tamen absque consilio, nulla sunt, ibid.
 Electi pro administratione Seminarij, mutari non possunt absque iusta causa, 275.
 Ministerium manuale attributum absque causa tolli non potest, 276.
 Deputati pro Seminario lucrantur distributiones, 277.
 Electio a Seminario an competat remedium spolij, 278.
 Precario possidens manutentendus est, 279. & seqq.
 Etiam si Episcopus possessionem euicendi pretendat, 280.
 Regulari electio ab officio datur manutentio, 281.
 Visitatio Seminariorum quomodo ab Episcopo fieri debet, 282.
 Scopus Visitacionis in quo consistat, 283.
 Discipuli & incorrigibile quomodo puniendi, 284.
 Adorum correctio plus quam temporaria curanda, 285.
 Peius est persuadere quam facere, 286.
 Seuissime castigandi qui suo exemplo alios ad peccandum incitant, 287.
 Societas concordiam morum requirit, 288.
 Firmus suis meritis, ex mala societate turbatur alienis delictis, 289.
 Ex uno scelere seu peccatore totus polluitur populus; ouium exemplo, 290.
 In corruptum permanere qui corrupto sociatur, difficile, 291.
 Bonus quando potest sociari cum malo, 292.
 Exempli mali pericula, 293. & seqq.
 Puerorum pericula ex societate, ratione etatis, 294.
 Pericula male societatis precipue in primo conuersionis uenda, 295.
 Mali quando tolerandi, 296. & seqq. 301. & seqq.
 Christus quare Iudam malum tolerauit, 297.
 Tolerandi mali quando de ipsorum conuersione non desperatur, 297.
 Vel quando peccata non sunt manifesta, 298.
 Vel quando ex eorum electione pax generalis conuenit, 299.
 Vel quando spes est emendationis, & ut Christo lucretur, 300.

Ex hac educatione plures Episcopi facti, 516.
 Valens Imperatoris tempore solos Monachos habuisse studia
 constat, 517.
 Secundum Seminarium veluti filialis Ecclesia reputatur,
 518.
 Ecclesia inferiora à Cathedrali leges accipiunt, 519.
 Seminarium non dependens à Cathedrali non habet privilegia,
 520.
 Ecclesia Cathedrali non valente sustentare Seminarium, quid
 faciendum, 521.
 Paupertas quomodo indicetur, & ex quibus, in Seminario,
 522.
 Lites impediens erectionem Seminaris quomodo indicanda,
 523.
 Leges perpetuae sunt, & quare, 524.
 Ex uno ad aliam recta sit argumentatio, 525.
 Pro temporum varietate mutantur, 526.
 Leges, antidotum viciorum, 527.
 Non facile mutande, 528.
 Mores fidelissimè versutatis conservande, 529.
 Consuetudo est deteriora permitenda, & quare, 530.
 Novitates vitandae, ibid. & 531.
 Leges antecessoris non facile à successoribus mutande, 532.
 Successor facta antecessoris evertes si ipse leges antecessoris
 sui abrogaverit, 533.
 Praecipue in rebus Christiana Religio, 534.
 Mutatio legum & gubernationis quando permissa, 535.
 Res uno tempore bona, alio potest fieri mala, 536. 542.
 Leges definitio, 537.
 Emendatio à superiore quomodo fieri debeat, 538.
 Mutationes quomodo examinande antequam condemnentur,
 539.
 Omnia in tempore faciendae ut correctio operetur, 540.
 Peccata publica publice, secreta secreta corrigenda, 541.
 Virtus uno tempore, alio vitium erit, 542. 536.
 Consultatio qua de causa in Superiore etiam supremo requira-
 tur, 543.
 Privilegia Seminariorum, 544. & seqq.
 Beneficentia beneficere tenemur, 545.
 Etiam si specialiter non fuerit concessa Seminario privilegia,
 ipsam tamen de iure competunt, 546.
 Sunt loca pia, Seminarium, 546.
 Gaudent immunitate, 547.
 Etiam si fabrica non fuerit perfecta, 548.
 Furnus, & officina, an gaudeant immunitate, 549.
 Confraternitates, Oratoria, & alia id genus gaudent immu-
 nitate, 550.
 Domus item intra ambitum Ecclesiae existens, 551.
 Seminarium immunita à tributis, 552.
 Idem privilegio pro diversis Scholis, 553.
 Seminarium habent fori electionem, 554.
 Servientes Seminario quo casu fori privilegio gaudeant,
 555.
 Servitium Ecclesiae de mandato Ecclesiae ad forum sufficit ef-
 se oretens, 556.
 Debet esse continuum, 557.
 Dominus cogitur vendere domum pro fabrica Seminarium,
 558.
 Quid considerandum in hoc casu, 559.
 Vendera domum cogitur dominus pro Seminario erigendo,
 560.
 Sed si non erigatur, dominus d. num. suam vindicabit,
 561.
 Restitutio in integrum ex quibus circumstantiis competat Semi-
 nario, 562.
 Locus in quo bona distribuuntur in opus pium, pius est,
 563.
 In Seminario omne opus est pium, non sic in Hospitali,
 564.
 Seminarium succedit ab intestato decedenti Seminarista,
 565.
 Item Universitas Scholari decedenti ab intestato, ibid.
 Item Collegium succedit Collegae absque testamento morienti,
 566.
 Absentes pro servitio Seminarium lucrantur distributiones,
 567.
 Quid in Magistris, 568.
 Docentes in studiis particularibus non lucrantur distribu-
 tiones, 569.
 Docentes in Scholis non lucrantur distributiones nisi op-

nes fructus in eis consistant, 570. 573.
 Fructus lucrantur studentibus licet non sint in Universitas,
 571.
 Distributiones, è contra: 573.
 Ad lucranda distributiones requiritur utilitas particularis Ec-
 clesiae in specie, non generalis, 574.
 Etque sit utilitas particularis, 575.
 Percipiunt in absentia distributiones, quas lucratur, 576.
 Percipiunt salarium, non lucratur distributiones in absentia,
 577.
 Servientes Seminario rem utilem Ecclesiae Cathedrali faci-
 ciunt, 578.
 Deputati pro Seminario Mediolan. percipiunt distributiones
 ex privilegio, 579.
 Illud privilegium arguit de iure contrarium procedere, 580.
 Consuetudo potest inducere lucrum distributionum, 581.
 Consuetudo potest interpretari ius lucrandi distributiones,
 582.
 Bona Seminarium pro quo tempore possunt locari, 583.
 Seminarium non est strictè membrum Ecclesiae Cathedralis,
 584.
 Deficientibus Scholaribus quomodo expendendi introitus, 585.
 587.
 Capitale hoc casu reservatur pro Seminario, 586.
 Vinio Seminarium deficientibus Scholaribus non amittitur,
 588.
 Secus autem si non fuerit perfecta, 589.
 Anteviviscat revertentibus Scholaribus, 590.
 Scholaribus deficientibus ad tempus nihil innovandum,
 591.
 Pensio reservata pro Seminario quo casu amittetur deficienti-
 bus Scholaribus, 592.
 An debeat pro amissis in quibus defecerunt Scholares,
 593.
 Contributio cessat deficientibus Scholaribus pro illo tempore,
 594.
 An ad stipendium Seminarium possit quis ad Sacros Ordines pro-
 moveri, 595.
 Obligationes seu munera Magistrorum circa lectionem, &
 alia, 596.
 Scholares quid debeant edicere, 597.
 Scholares quando in Cathedrali inservire debeant, & in qui-
 bus ministrari, 598.
 Tenentur item accedere ad processiones, 599.
 Quis locus eis debeat, & quos praecedant? ibid.
 Tenentur studere continuo, 600.
 Vnus alius non facit Scholarem scientificum, 601.
 Scholares debet esse studiosus, & non curiosus, 602.
 Curiositas perniciosa in Scholaribus, 603.
 Studiorum generalium, & omnium Gymnasiorum curam de-
 bet habere Episcopus, 604.
 Studia Christianis prohibita à Italiano Apostata, & aliis:
 605. 608.
 Galilei filii Christiani appellati, ab eodem Imperatore,
 ibid.
 Studia solis gentilibus permittit, 606.
 Iulianus Apostata literas Christianorum imitabatur, ut eos ad
 idolatriam perduceret, 607.
 Episcopi negligentia in erectione vel conservatione Seminarium
 acriter corrigenda, 610.
 Exitus bonus Seminarium à bonis legibus pendet, 611.
 Leges Vratilavensis Scholae, approbantur pro Seminarium, &
 quae sint, 612.
 Leges studiorum Societatis Iesu, 613.
 Norma eligendi duos de Capitulo, & duos de Clero, 614.
 Optima Seminarium Bracharensis forma, & modus, 615. ubi
 etiam de Bononiensi, remissive.
 Seminarium ex quibus dicitur plenè erectum, 616.
 Causa scribendi hoc Caput, 617.
 D. Didacus Antonius Frances de Vrratigoyi Auctoris Ger-
 manus Fraer Episcopus Barbastron. Visitator Apostolicus
 Ecclesiae Barcinonens. 618.
 Seminarium Cararavastanum tempore S. Valerii quantum
 profecerit, 619.
 Sacerdotum ignorantia quot, & quanta damna peperit,
 620.
 Scientia in Clericis de iure divina requiritur, 621.
 Episcopus est executor Decretorum Conciliarium, 622.
 Sacerdotes non excusantur ex ignorantia, & quando secus,
 623. 625.

Seminaria sunt principia Ecclesiae, & Reipublicae Christianae,
 624.
 Ex eis procedunt omnes ministri Ecclesiae boni, 625. 627.
 Destructio Seminarium non periclitatur privilegia, 626.
 Literarum praeserunt Nobilibus in assignatione beneficiorum, 628.

Scientiam omnium matrem esse virtutum, docet text.
 in c. praesentium, 1. qu. 5. quem textum de Discretionem
 loquentem, de scientia interpretatur Menoch. de praesump-
 lib. 6. qu. 91. num. 20. Barb. in Pastor. alleg. 46. num. 3. qui eis
 non citatis fumpfit à Gonzalez in Reg. 8. Canc. gloss. 4. num.
 29. & ignorantiam omnium matrem errorum esse testatur
 Conc. Tolet. 4. cap. 24. cuius decretum refertur in cap. igno-
 rantia, 38. dist. qua ratione multum conferre ad reforma-
 tionem morum, studium scientiarum tam humanarum
 quam divinarum, docuit Pellizar. in manual. Regul. tom. 1.
 cap. 5. num. 21. ubi plura ad propositum invenies. Quare
 subalta scientia, tolli rationem vitae agenda, & rerum
 gerendarum, dicebat Cicero lib. 1. de fine bono & malo, de
 quo vide Regium de reg. regu. tract. 5. dub. 128. Unde vix
 tolerabilis est in laicis ignorantia, in Sacerdotibus verò
 damnabilis secundum S. Leonem Papam ad Episcopos, &
 Clerum Constantinopolitanis urbis, Epist. 22. in c. fin. Lai-
 cis, eadem dist. Barb. sub num. 4. Lambert. de iure Patron.
 lib. 2. par. 1. qu. 9. art. 24. num. 4. per totum, Gonzal. supra
 num. 37. & 38. ubi multa contra ignorantes & illiteratos
 invenies: quae omnia transcripsit Barbof. d. alleg. 46. Ipsa
 enim scientia circa spiritalium administrationem potissi-
 mum necessaria, circa curam temporalium opportuna ju-
 dicatur ab Innocentio III. Calaritano scribente Archiepiscopo,
 in cap. nisi cum pridem, §. pro defectu, de renunc. Ob
 cuius ignorantiam, S. Gregorius Petrum Diaconum ab Ec-
 clesia Neapolitana repulit, ut scribit Clero & Nobilibus
 illius verbis, lib. 8. Epist. 40. per haec verba: Petrus Dia-
 conus quem à vobis electum asseritis, omnino (ut dicitur) sim-
 plex est: & nobis quia talis hoc tempore, in regimini debet
 arce consisti, qui non solum de salute animarum, verum
 etiam de extrinseca subiectorum utilitate, & cautela sciat
 esse sollicitus: refertur in cap. Petrus, 39. dist. Unde rectè
 invenit Gelasius Papa scribens ad Episcopos per Lucaniam
 cap. 18. & 19. in princip. dist. 36. in fine cap. 1. con-
 tra eos qui sub nomine simplicitatis stultitiam excu-
 sant.
 Hinc est quod Viri litterati ratione scientiae à vitiis praes-
 sumantur se abstinere, cap. cum à inventura, §. quis prae-
 rea, de praesump. ratione tradita à S. Hieronymo in c. nume-
 quam, 33. de Consec. dist. 5. ubi: Ama scientiam Scriptura-
 rum, & carnis vitia non amabis, iuncto ibi: Facito aliquid
 operis, ut semper te Diabolus inveniat occupatum. Scientia
 verò praeditis Ecclesia ad sui regimen maximè noscitur
 indigere: c. cum eo 34. de elect. in 6. quia in ea Viri litte-
 rati fulgent tamquam stellae in firmamento, & ab ipsis re-
 ctè gubernatur & regitur, & totus mundus illuminatur:
 cap. super specula, ultim. de Magistris, cap. cum ex eo, de
 elect. in 6. Rota in Meliten. Canoniciatus 9. Martii 1595. co-
 ram Cardinali Milino, apud ipsam decis. 104. num. 3. im-
 pressa per Marchelanum de Commissionibus, 1. par. §. 2. pag.
 611. Frater meus D. Didacus Antonius Frances de Urru-
 goyi Episcopus Barbastron. latè in suo foro conscientiae,
 sive Pastoralis interno, par. 3. vot. 11. fere per totum, praecipue
 num. 2. & sequen. & num. 17. Ob idque radius solis & stellis
 assimilatur, Auth. habitata, ubi Barb. num. 12. Cod. ne fi-
 lius pro patre: & ab Ecclesia semper amantur: c. Episcopus,
 41. dist. cap. de multa, de praebend. latè cum pluribus
 Barbos. d. alleg. 46. in princ. Ex quibus innumera bona Re-
 publicae oriuntur Christianae: de quibus omnibus latè
 Mendos. de iure Academico, lib. 1. cap. 5. ex num. 8. Et hac
 ratione studiorum causa publica non solum illius Ecclesiae
 particularis, verum etiam universalis Ecclesiae dicitur,
 quae ad sui regimen Viri literati indiget: cap. cum ex eo,
 de elect. in 6. c. licet vobis, c. de multa, de praebend. & Episcopus
 ea ratione favore studiorum potest contra Jus dis-
 pensare, pensionem imponere, & alia facere, de qui-
 bus Rota apud Milinum d. decis. 104. ex num. 2. usque ad 6.

Si autem plura de laudibus & utilitate Sapientiae edicere
 velis, consule latissimè Paulum de Rubéis in introductione
 ad decisiones recentiores, tom. 3. par. 4. de anno 1624. usque ad
 1626. in discursa ad Scientiarum amatores, ubi num. 30. rati-
 onem Rotae, ea non citata, adducit ex Iustiniano in d.
 Auth. habitata, Cod. ne filius pro patre, ubi ait: Scientia Or-
 bem totum terrarum illuminare: & hac ratione Ecclesia Dei
 Viri doctis illustratur, ad cuius regimen ipsi sunt valde
 necessarii: ut plura cum laudato tradit Cenedo 1. p. Collect.
 15. n. 1. & 2. p. Collect. 56. nu. 4. & qq. Canon. qu. 2. num. 66.
 vide etiam in puncto Daniele de Nobilibus disput. 38. ex
 num. 1. & seqq.
 Et eadem quoque ratione apud Thurius, & omnem fe-
 rè Graeciam lege cavebatur, ut pueris, cum primum ado-
 lescerent, Magistros studiose doctos erate & usum ma-
 turos in primo tyrocinio publica impensa praeficerent:
 testis est Alexan. ab Alexan. lib. 2. dierum genial. cap. 25.
 & pluribus exemplis videndus Beyerlinch in Theatro vi-
 ta humane litera M. verbo Magister, paulo ante finem.
 Quia ratione semper institutum fuit Antiquorum, studia
 publica locaque destinata contemplationi, omnique
 scientiae erigi, ut se ipsos regerent, alioque instruendo
 gubernarent: de quo est text. in §. fin. pro mox Institutio-
 num: Quem morem Athenis multis saeculis observatum
 fuisse testatur Marcus Tullius, quem allegat Fufcus de vi-
 sit. lib. 1. cap. 6. num. 3. & pluribus tradit novissimè Mendos.
 de iure Academico lib. 1. qu. 1. in princ. ubi plura de Acade-
 miis notata digna reperies. Et hac eadem de causa facul-
 tas legendi in Universitate publica. Iure communi Docto-
 ribus conceditur, in c. 1. univ. cap. quanto de Magist. &
 auctoritas impediendi prohibita, tamquam ab omni publico
 adversa; per Glof. in d. cap. 1. vers. qui sit idoneus, cum
 in necessarium consequens, ignorantibus doctrina dene-
 garetur, quam Superiores & Patres Reipublicae dispensare
 tenentur: cap. revertimini, 65. 16. qu. 1. quibus adde Ro-
 tam in Cracovien. Iuris legendi 30. Mart. 1629. coram Quei-
 po, apud Postium, post tract. de manuten. decis. 321. num. 2.
 cum seqq.
 Sed cum non omnium esset Civitatum publicas habere
 Universitates, scholae omnium constituere scientia-
 rum; illud observant Syri, Babylones, Syntes, He-
 braei, Aegyptii, Indi, & alii, ut publica instituerent Gym-
 nasia, in quibus iuxta indolis propensionem, & utilita-
 tem, scientiae docerentur, diversis ubique traditis institutis,
 & diverso nomine scholis indito; ut idem notavit
 Mendos. d. qu. 1. nu. 3. & multo plura reperies apud Beyer-
 linch in Theatro vita humane, verbo Academia, ubi urbes
 ex iis nobilitas reperies.
 Hinc etiam sacrosancta Oecumena Concilia utilita-
 tem proficentia eandem, quae ex hac Juventutis educa-
 tione Christianae poterat exoriri Reipublicae, cum Cleri-
 calis Dignitas plurimum ex hac doctrina incrementum ac-
 cipiat, ut latè probat Daniel de Nobilibus disput. 38. num.
 1. & pluribus videndus latè Bobadilla in polit. lib. 2. cap. 15.
 num. 62. eaque mediante totum & universum Christi gre-
 gem gubernari constet; statuerunt, ut Clericorum Semi-
 naria instituerentur, Trid. Conc. sess. 23. de reform. cap. 18.
 judicantes Patres illi optimam & excellentem esse pala-
 stram pro perficiendis Tyronibus ad militiam Clericalem,
 & reformationem populi Christiani: ut notavit Sfortia
 Palavicinus in Historia Concilii Tridentini, lib. 7. cap. 2. num.
 4. eo modo quo antea cautum reperiebatur in Synodo Eug-
 genii Papae II. de quo optimus text. in cap. de quibusdam, 37.
 dist. per haec verba: De quibusdam locis ad nos referuntur,
 neque Magistros, neque curam inveniri pro studio litera-
 rum; idcirco in universis Episcopis, subiectisque plebibus,
 & aliis locis, in quibus necessitas occurreret, omnino cura & dili-
 gentia adhibeatur, ut Magistri & Doctores constituantur, qui
 studia literarum liberaliumque Artium dogmata assidue doceant,
 quia in his maximè divina manifestantur, atque de-
 clarantur mandata. Antea etiam hoc reperitur statutum in
 Conc. Tol. 2. can. 1. & in eodem Toler. 4. can. 29. Valen. 2.
 can. 1. Turon. 2. can. 13. Lateran. 2. can. 11. & in Con-
 stitutionibus Alexandri III. par. 1. cap. 18. & in Aquisgra-

nen. can. 135. de quo Molanus de Canon. Regular. lib. 2. cap. 41. & in terminis curati Populum regentis expressè in cap. 21. ut quisque presbyter, de vita & honest. Cleric. per hæc verba: *Ut quisque presbyter qui plebem regit, Clericum habeat qui seculum canet, & Epistolam & lectionem legat, & qui possint Scholas tenere, & admonere suos Parochianos ut filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.* Otiolitas enim Juvenum, cui contrariatur Seminariorum institutio, venenum Civitatis appellatur; à quibus otiosis hominibus Præses provinciam putare tenetur, l. 3. ff. de offi. Præsid. quia tales dissipant civitates, proverb. 26. Rubens in d. introductione, sive discursu ad scientiarum amatores, ad decis. de anno 1624. ex num. 314. De Juvenum verò educationis cura, primis seculis, Monachalium Religionum tempore B. Benedicti, & aliorum, observatur, illos quos vulgus Fratres appellabat, instituenda juvenutis curam suscepisse: quibus succedere in celebrioribus locis Mendicantium Religiones; præcipue S. Dominici Prædicatorum familia, non solum circa majores Theologie & Philosophiæ scientias, verum etiam circa inferiores; quo ipsi quoque laici consuebant; eo quod ad animarum conversionem per Civitates intendet S. Patricha; ut refert Ant. Poslev. Bib. select. lib. 1. cap. 10. Quid non hoc pacto scholæ Societatis JESU à S. Ignatio ejus fundatore conquirete fuerunt in toto orbe, præsertim in Indiis & de Episcoporum cura, depravati populi emendationem procurantium, unum pro mille allegare sufficit S. Carolum Borromæum Archiepiscopum Mediolanensem, & S. R. E. Cardinalem, quem præ cæteris vitutibus, Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit, Ecclesiæ universalis testimonio; qui ut Ecclesiæ Mediolanensis idoneos semper ministros haberet, amplissimum struxit Seminarium, ubi in litteris & pietate Juvenutis educaretur; teste Langreccio de vit. & honest. Cleric. lib. 6. cap. 14. & pluribus exemplis exornat Beyerlinch in Theatro vite humane, tom. 7. lib. 5. verbo Schola: ubi de se ipso refert, quod Joannes Mitæus Archiepiscopus Antverpiensis à Lovanio Anno 1625. pro Seminario suo adhuc indotato ipsum evocavit.

28. Causa verò hujus erectionis idem tradit Concil. Trident. in principio eiusdem capituli, per hæc verba: *Cum Adolescentium ætas, nisi rectè instituat, prona sit ad mundanas voluptates sequendas, & nisi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte ac sine maximo ac singulari prope modum Dei omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiæ perseveret.*

29. Ex quibus horum Seminariorum necessitas & utilitas de facili cognoscitur, cum naturæ nostræ ad malum pronitas ab ipsa primæva mundi creatione originem trahat, Gen. 3. Quare semper maxime curæ fuit, Juvenutis florem bonis artibus insituere: maxima enim indigent adolescentibus in ætate custodia: l. si in certo, s. custodia, ff. Commod. ibi: *Nam interdum & hominis custodia præstanda est, si vitius commodatus est, vel eius ætatis in custodia indigeret, &c.* Ex quo tex. Accurf. & Alberic. ibidem num. 7. juncto Ant. Fabro quos sequitur Narbona in Annalibus Juris, anno 1. q. 1. nom. 21. rectè deducunt, pueros & juvenili ætate florentes maxima egere custodia: de quo latissime Bobad. d. lib. 2. cap. 13. num. 62. ubi refert Divi Chryostomi verba homil. 28. in Mattheum, dicentis: *Oriosa juvenutis impudenter educata, omni ferocissima bestia immanior est.* Cum ergo juvenutis benè educata sit, tamquam domus cæmentum erit, quod edificium confirmat, & bonos vite exitus producit; ut notatur Acofta de Procurat. Indiar. lib. 3. cap. 19. in fine, quem sequitur Solorzano in Politica Indiana lib. 2. cap. 27. vers. Las quales cedulas, fol. 229. & de hinc Indiar. 10. 2. lib. 1. cap. 26. ex num. 60. ubi plures citat. Quare maxime curandum est de pueroꝝ recta educatione: de quo plura invenies apud Lorinum in Acta Apost. cap. 7. vers. 22. & remissivè Barb. in Collect. ad Conc. dist. cap. 15. vers. in hoc Collegio, Tiraq. in l. 7. Connubial. plures apud Bobad. in polit. lib. 2. cap. 13. ex num. 62. Solorz. de Indiar. lre, tom. 2. dist. lib. 1. cap. 26. ex num. 64. & in polit. dist. cap. 27. in fin. Mendos. omnino videndus in lib. 1. Reg. cap. 1. num. 28.

anno 12. pag. 500. cum pluribus sequentibus.

Ex dictis ergo jam liquet, quod quando sermo in præfati de Seminariis & eorum scholis habetur, propriè prout verbum sonat, de studiis literarum particulariter accipitur hoc vocabulum, licet hoc verbum schola plures habeat significatus, fumitur pro Balnei leu alveo, ex Viruvio lib. 5. cap. 10. interium pro Porticu, ex Plinio: Item pro variis aliis acceptationibus, de quibus videndus Lorin. in Act. Apost. cap. 19. v. 10. & hac ratione præter ibi notata, hodie extat Religio, quæ Scholæ pæ titulo insignitur; de quibus agit Barbos. de Vniv. Jur. Eccles. lib. 1. cap. 41. num. fin.

Hæc autem cura, quæ hodie à S. Tridentini Concilii decreto renovata fuit, antiqua est, non solum inter Christianos, verum etiam inter Gentiles: quandoquidem Hebræi Collegia habebant Prophetarum, de quibus, & de aliis apud nos in eundem finem ædificatis videndus Martinus Delrio in Adagiis sacris tom. 2. pag. 227. cum seq. Solorz. d. cap. 26. nu. 64. latè Alexander ab Alex. lib. 2. dierum Genial. cap. 25. ubi varias apud diversas gentes & præcipue apud Romanos pueroꝝ educationes refert: de quibus etiam Tiraq. in l. 7. Connub. Ann. Robert. lib. 1. verum Indicat. cap. 9. & plures apud Solorz. dist. cap. 26. num. 66. & de Græcis & Persis Bobad. d. num. 62. Quam etiam nostri primi Parentes Hispani, initio plantationis fidei Catholice, observarunt; quandoquidem ut notavit Dexter sub anno 185. Plura, inquit, juvenutis Collegia per Hispanos ad Clerum instituta, præsertim Cesaragusta, Tarracena, Hospitoli, Carthagine, Toleti, Brachare, Augusti, Aliberi, in præcipuis urbibus Præfatum diligentia eriguntur. Quare Romani pueros suos Collegio, quod vocabatur Angurium, educandos tradebant, ut ad divina officia obœdiant habiliores evaderent: ut notatur Rossius de Antiqu. Roman. lib. 3. cap. 8. & Raphael de la Torre; quem sequitur Solorz. in Polit. d. cap. 26. papulo ante finem, pluri enim inter est hæc cura, ut probat Bobad. d. num. 62. & relictis pluribus quæ adduci poterant, tantummodo unum ponam exemplum quod tradit Cælius Rhodig. lib. 20. cap. 28. Alex. ab Alex. lib. 2. dier. genial. cap. 25. Solorz. locis supra citatis, in fine, de Licurgo, qui observavit duos Canes ex uno nato factu eidem prognatos parentibus, diversis moribus evasisse natura educationis, institutione, & similitudine, cum lucernarius fuerit unus, alter venaticus: & de eadem materia ex Plutarcho refert Bobad. supra num. 64. Licurgum, ut ostenderet populo vim educationis, quæ secundum Bæsum lib. 1. de Repub. efficax est natura, sed potentior institutio, quæ malam naturam corrigit: duos item canes nutritive diversis modis, unum domi epulis suavis, alterum vero venatore, quos cum in publicum populo demonstrasset, esculenta quædam comestibilia simul, & leporem protulit in medium, quæ cum viderent, alter ad esculenta avidus curruit; alter verò leporem avitissime infecutus est: de quo ibi alia plura exempla remissivè.

Quare jam Episcopus unum vel plura, juxta necessitatem, dilationem, & facultates sue Diocesis Seminarium instituere debet; ex Triad. d. cap. 18. proprium enim hoc institutum est in Ecclesiis ubi Cathedralis erecta sunt, quæ cum non possint nisi in Civitatibus erigi, juxta latè tradita cap. 4. sup. in quo loco Ecclesiæ Cathedralis erigi possint, & juxta Juris dispositionem, divinarum & humanarum legum scientias in majoribus tantum Civitatibus docere permitsum est, ut in §. hæc autem tria, in præmio Digestorum: & Glof. in cap. 3. Episcopos, dist. 80. Glof. in verbo Civitatibus, cap. statum, de rescript. in 6. & idè tantum Romæ & Constantinopoli olim divini humanique Juris prudentiæ scientia tradebatur, l. unic. Cod. de stud. lib. 1. Rom. & Constant. lib. 11. ratione tradita à Bartolo, ne sacrosanctæ leges, quæ Cælum ipsum terrarumque teneant, in obtutioribus locis propter doctorum Virorum penuriam, turpis lucri gratia ab imperitiis corrumperentur: idè in Seminariorum erectione primo locum competentem inquirere tenetur, ubi fabricam commodam expleat: quæ de causa Neapolitanum Gymnasium celeberrimum exitisse obæris puritatem affirmat Strabo lib. 5. quod idem propter salu-

berinam aquam de Thatense tradit lib. 14. Is enim locus aptus pro Ecclesiæ Cathedrali, vel in alio loco convenienti debet esse, juxta decretum S. Concilii Tridentini, sique erit locus à turba remotus, ut exemplo Essenorum probat Beyerlinch in Theatro vite humane lib. 1. verbo Academia, ver. & Essen.

Fabrica verò accommodata est, sive in totum, sive pro parte, itaut Scholares & alii qui interesse debent, vivere possint, suppellectilia & alia victui & vitæ humanæ necessaria preparari debent, antequam Scholares introducantur, cum sine domo & aliis necessariis exsistere non possint, nec omnino principio possint fieri ad finem: l. fin. C. unde vi: & ex aliis notavit Gonzal. ad Reg. 8. Canc. glof. 5. §. 7. num. 79. Riccius in praxi fori Ecclesiast. praxi de Seminariis, resol. 417. num. 9. locus verò prope Ecclesiam, si commodè fieri possit, sin minus alibi eligendus est: ex Barb. in Pastor. alleg. 77. in princip. Squillante de oblig. & privol. Episcop. 1. par. cap. 10. in princ. Hoc tamen non tollit quod seminarium non possit erigi in domo conductâ pro eo tempore quo non fuerit absoluta fabrica; ut notat Riccius d. resol. 417. num. 8. & DD. communiter: quidquid sit de unione beneficiorum Seminario incepto, an scilicet valida sit: de quo infra.

Erectio itaque Seminario saltem per deputationem domus sive emptæ sive conductæ, & pueroꝝ introductionem collegialiter vivendum; tunc enim erectum dicitur ex Daniele de Nobilibus qu. 38. num. 13. & 14. procedendum erit ad constructionem ædificii necessarii; deinde suppellectilia necessaria ornandum erit, tum Magistris & Scholares in eo ponendi sunt; illi ut doceant: hi ut discant, de cujus utilitate supra latè disseruimus: de utilitate verò Magistrorum plura congeri poterant, quorum tanta debet esse præcautio, ut bonis constitutis Magistris bonos Scholares evadere necesse sit, Platone teste in Prothogora: sicut, inquit, Ludimagistris curandos tradunt, honorumque morum diligentiam multo magis quam literarum Magistri expectant. Et ea ratione S. Hieronymus Epist. ad Letam de Alexandro Magno ita prosequitur: *Alexandrum Potentissimum Regem, orbisque dominatorem, & in moribus, & in intellectu Leonii Pedagogi sui non potuisse carere, vitis, quibus adhuc parvulus fuerat infestus: proclivis enim est malorum amulatio, & quorum virtutes assequi non valeas, civitatis vitia.* Quæ etiam ratione, Platoni discipulos, gobos, Aristoteli verò balbutientes, ex imitatione similitum vitiorum suorum Præceptorum dicit notavit S. Hieron. Epist. ad Letam, à quo sumptis Scriba in tract. de los Estados, fol. 44. Sed de his iterum infra erit sermo.

Scientiæ verò quibus imbuendi erunt pueri, ex S. Conc. Trident. sunt Grammatica, Cantus, Computus Ecclesiasticus, aliarumque bonarum Artium disciplina, sacra Scriptura, libri Ecclesiastici, Homilia Sanctorum. Item & ea quæ circa Sacramentorum administrationem, sive distributionem, maxime Penitentiam, opportuna erunt, Rituum quoque & Cæremoniarum formam ediscant: quibus à tenera ætate instructi, postea viri perfecti populum Christianum edoceant, urbem & orbem illuminent. Quam consuetudinem antiquissimam esse probat latissime Alex. ab Alex. lib. 2. dier. gen. cap. 25. ubi innumera refert exempla variarum Nationum, apud quos Legge cavebatur, ut pueris, cum primum adolecerent, Magistros studiorum doctos, ætate & usu præstantes in primotyrocinio publica impensa præficerent: quibus adde plura quæ doctè pro mote cumulat & illustrat Tiraq. in addit. ad Alex. fol. 243. & innumera alia exempla circa horum Gymnasiorum utilitatem quamplurimum, vide apud Solorz. Emblem. 25. ex num. 20. cum sequentibus, & apud alios infra citandos.

Ex quibus causa efficiens Seminariorum aptè deducitur, nempe bona & exemplaris educatio, & adolescentum eruditio, bonum item publicum Diocesum, Ecclesiarumque servitium, & cultus divini augmentum, ut ex Petro Gregorio & aliis tenet Valenz. conf. 22. num. 41. qui plures citat, Barb. in Collect. ad Conc. d. sess. 25. cap. 15. num. 2.

Plato enim ille magnus Philosophus, qui virtutis adeo erat

studiosus, rectam semper juvenutis educationem commendat, quoniam ea animi morbos emandat, & probos reddit homines; ut ex libris de Legibus, & de Republica ipsius apparet, & tradi Valenz. dist. num. 41. de quo latius infra.

Non ergo simpliciter recipiendi sunt pueri cujuscumque conditionis, sed illi tantum in quibus qualitates reperuntur à S. Tridentini Synodo requisiti, videlicet ut ætatem ad minus duodecim annorum habeant, & ex legitimo nati sint matrimonio, ac legere, & scribere competenter noverint, quorum in dolens & voluntas spem afferat eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros: pauperum autem filios præcipue eligi vult, nec tamen ditiorum filios excludit, modo suo sumptu alantur, & studium præferant Deo & Ecclesiæ inservienti: quæ omnia instituta non solum convenientissima, verum necessaria esse nemo est qui nesciat.

Hanc autem curam propriissimam esse Episcoporum ex eo deducitur; nam cum ipsi sint Parentes & Speculatores bonorum morum totius Diocesis à Deo sibi commissa, & Spiritus sanctus Proverb. 23. 13. & 14. dicat: *Nesubrahbas puero castigationem, cum percussis enim virga non moritur, tu virga percussus enim, & animam eius à sepulchro eripies: & iterum Prov. 22. 6. Adolescentem iuxta viam suam, etiam cum semerit, non recedet ab ea, & Eccles. 7. 25. & 30. 12. & 13. Filii tibi sunt? erudit illos, & curva illos à pueritia eorum. Curva cervicem eius in juvenute, & tunc latera eius dum infans est, ne forte induret, & non creas tibi, & erit tibi dolor animæ: doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. Quare S. Hieron. in epist. ad Salu. & in epist. ad Letam 15. Non est parvi, inquit, apud Deum meriti, benè filios educare. Quæ oratione Moyses creditus fuit à Pharaone in omni sapientia Ægyptiorum, posteaque potens fuit in verbis, & in operibus suis, ut patet ex Actis Apostolicis cap. 7. vers. 22. Et ex his Lorin. lib. 5. & ex Philone lib. 1. de vita Moysitadit: item etiam aliorum exempla hujusmodi educationis invenies in parentibus Sulfannæ, Danielis 13. 3. Ex quo loco Origenes apud Hieronymum tom. 1. Hoc, inquit, utendum est testimonio ad exhortationem Parentum, ut doceant iuxta legem Dei, sermonemque divinum, non solum filios, sed & filias suas. Unde educatio ad morum directionem, & vitæ institutionem propriè refertur, atque illa plura sunt tam sacra Pagina, quam aliorum testimonia, pluresque editi sunt hæc de Teo Tractatus, quos omnes in unum congerit Cartanza tract. de partu, cap. 3. §. 4. num. 1. Observanda etiam exempla Tobie Junioris, Tobie 4. 2. filiorum item Job, in libro eiusdem 1. 5. & nepus Mardochei, Esther 2. 7. Unde plures edunt tractatus de liberorum educatione, quæ videri possunt apud Lorinum supra, versiculo Egregia eruditionis liberorum &c.*

Quoad studia verò literarum, nec dissimilis est obligatio Episcoporum: ex optimo text. in cap. Revertimini, 65. in ordine, 16. q. 1. ibi: *Et in horreum Dei intulerunt cibos, hoc est Scripturæ sanctæ alimenta pupillis ministraverunt.* Unde Prælati circa hoc ministerium desidiosi, ministris Ecclesiæ alimenta denegare dicuntur, & Ecclesiasticum impedire profectum, licet alia universitates, in quibus optimi inventiuntur Præceptores, ad sint: ex Rota apud Potthium post tract. de Manu. dec. 311. num. 2. & 3. Simile etiam præceptum invenitur in Concilio Lateran. sub Leone X. celebrato Anno 1513. licet à Julio II. incepto sess. 9. cap. 7. de quo plura Fulcus de Vistat. lib. 2. cap. 29. ex num. 8. cum sequentibus, ubi notat curam Episcoporum particularem circa pauperum filios, ne ex defectu pauperatis ingenia eorum obfurentur, quibus benignitate naturæ donati sunt.

Primò igitur Concilium Tridentinum ætatem petit duodecim annorum in pueris, ne alicui ætas ista, cetera haud multum absumilis, ardore voluptatis facillimè liquefcat, citissimoque gradu in malorum morum perniciem ac ruinam prolabatur, ut pluribus, eisdemque verbis admonet doctè per mote Solorzano Emblem. 25. num. 2. & pluribus probaverat antea idem de Jure Indiarum, 10. 2. lib. 1. cap. 26. ex